Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXX
D
12
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SYNOPSES EPITOMES INSTITUTIONUM MEDICINÆ

in

gratiam tironum

concinnatæ

à

GOTHOFREDO MOEBIO,

MED.D.P.P. MED.ELECT.BRANDENBURG. NEC NON ADMINIST. ARCHIEPISC.MAGDEBURG.

JENÆ,

Typis & impenſis SAMUELIS KREBSII,

ANNO M DC LXII.

by Google

SYNOPSIS
DE ORIGINE, NATURA, ET DIVISIONE MEDICINÆ, in quâ ordine notanda veniunt,

ORIGO, qui

- 1. *Univerſalis*, qui eſt DEUS, teſte Siracide, quando ait: Altiſſimus creavit de terrâ Medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam.
- 2. *Particularis*, qui ſunt homines, ex neceſſitate, experientiâ, & ratione hanc artem excolentes, & hinc diverſæ ſectæ exortæ, ut
  - 1. *Empirica*, cujus author fuit Acron Agrigentinus, qui neglectis rationibus ſolâ experientiâ fuit contentus. Apud Ægyptios hæc ſecta imprimis floruit.
  - 2. *Dogmatica*, ſeu Rationalis. Hujus author fuit Hippocrates, & poſt eum Galenus; qui experientiæ rationem addidere.
  - 3. *Methodica*, cujus author fuit Themiſon Laodicéus, excultor Theſſalus Trallianus, qui artem ſex menſium ſpatio addiſci poſſe clamitabat. Hi ſignis, & cauſſis neglectis ad laxum, & ſtrictum in omni morbo reſpiciebant.
  - 4. *Hermetica*, *Spagirica*, *Chimica*, vel *Paracelſiſtica* dicta. Hæc morborum cauſſas ad ⊖, ♀ & ☿ refert, & generoſiſſima remedia, non ſolummodò ex vegetabilibus, & animalibus, verùm etiam è mineralibus præparat.
  - 5. Jam floret *Dogmatico-Hermetica*. Videatur de eâ Senn. l. de conſ. & Diſſ. Chim. cum Ariſtotel. & Galen.

ΟΝΟΜΑΤΟΛΟΓΙΑ, quoad

- 1. *Etymologiam*. Vox Medicinæ dicitur à medendo, quod vocabulum forſan ἀπὸ τοῦ μήδειν, curam gero, ut ita medicina nihil aliud ſit, quàm cura ſanitatis.
- 2. *Synonymiam*. Medicina etiam vocatur ars medica, item τέχνη 1. aph. 1. ab aliis ἰατρικὴ [ſubintellige τέχνη] ἀπὸ τοῦ ἰάομαι ſano.
- 3. *Homonymiam*, ubi ſumitur
  - *Strictè*, pro parte medicinæ principali, à Therapeuticâ.
  - *Latè*, pro omni medicinæ parte.
  - *Latiſſimè*, & quidem
    - *Metaphoricè*, pro omni lenimento. Et ita reperire medicinam incommodis, *Cicero* dicit.
    - *Metonymicè*, 1. pro ipſo medendi actu, 2. pro inſtrumentis medicis, 3. pro medicamento in genere, & 4. in ſpecie pro purgante, 5. pro officina medicâ. 6. medicinæ, arum ſumuntur à Plauto pro ſcholis medicis.
    - *Ironicè*, pro veneniſ, & pigmentis.

DEFINITIO: Medicina eſt ars corporis humani ſanitatem adhuc integram ſuis auxiliis, & remediis conſervandi; mor-

bis verò labefactatam, quantum quidem poſſibile, reſtaurandi.

GENUS, quod eſt ars, id quod probatur
- *Authoritate, Hippocratis 1. aph. 1. Galeni 6. Epid. comm. 5. Ariſtotelis 6. moral. c. 4.*
- *Rationibus*, 1. quia eſt accidens, & hæret in intellectu ſcientis; 2. naturam imitatur, 3. omnia ad certum finem dirigit, & 4. agit de rebus, quæ aliter ſe habere poſſunt.

Nota 1. Non eſt ars illiberalis, ſeu ſordida, quia finis ejus honeſtus.
2. Eſt artium nobiliſſima ratione 1. Originis, qui DEUS; 2. Subjecti, quod homo; 3. Finis, qui ſanitas.
3. Eſt artium difficillima, quia 1. eſt longa, 2. judicium eſt difficile in cognitione morborum, prognoſi, indagandis ἰδιοσυγκρασία, viribus, & doſibus medicamentorum, ac experientiâ. *1. aph 1.*
4. Eſt conjecturalis interdum in cognitione morborum, Symptomatum, cauſſarum morbificarum, Prognoſi, viribus, & doſibus medicamentorum: ſed ea conjectura non eſt hominis plebeji, verùm viri docti artis fundamentis ſatis imbuti.
5. Eſt ſcientia, ſed latè ſumptâ voce ſcientiæ.

SUBJECTUM, quod eſt corpus humanum, quatenus ſanabile. Hoc habet peculiare, quòd in medendo cooperetur.
FINIS, qui eſt ſanitas, & quidem ut integra conſervetur, & morbis labefactata reſtauretur.
MEDIA, ad finem ducentia, quæ ſunt ipſa auxilia, & remedia.

DIVISIO in partes
- *Principes*
  - ὑγιεινήν, quæ ſanitatem adhuc integram conſervat.
  - θεραπευτικήν, quæ ſanitatem morbis labefactatam certâ medendi methodo ex fontibus Chirurgico, Pharmaceutico, & Diætetico inſtitutâ reſtaurat.
- *Minus principes*, prioribus duabus inſervientes
  - φυσιολογικήν, quæ naturam, ſubjectum, & finem medicinæ proponit.
  - παθολογικήν, quæ morborum, ac ſymptomatum naturam, eorumque differentias, & cauſſas explicat.
  - σημειωτικήν, quæ ſigna ſanitatis, morborum, ſympromatum, cauſſarumque morbificarum ſimul cum eventu in morbis tradit; & hinc ſignorum alia vocantur Diagnoſtica, alia Prognoſtica.

Digitized by Google

Digitized by Google

ΣΚΙΑΓΡΑΦΙΑ SANITATIS,

De quâ notanda ſunt,

1. DEFINITIO. Sanitas ὑγίεια eſt potentia naturalis partium omnium corporis humani actiones, quæ ſecundum naturam ſunt, exercendi, ab earundem conſtitutione naturali dependens.

2. GENUS, ſeu RATIO FORMALIS, quæ eſt potentia naturalis, actiones ſ. n. exercendi, & eſt vel

- *Prima*, quæ immediatè à cauſſâ primariâ dependet, ut facultas ſentiendi, ridendi, loquendi, chylificandi, ſanguificandi &c.
- *Secunda*, quæ a cauſſâ ſecundariâ, ſeu inſtrumentali, ut à ſpiritibus, temperamento, partiumque omnium conſtitutione naturali dependet. Per hanc prima in actum deducitur. Hæc eſt mutabilis, illa minus, niſi per accidens.

Notandum, hæ actiones impediuntur vel *ſecundum naturam*, ut in dormientibus, infantibus, ſenibus &c. vel *præter naturam*, ut in ægris.

3. SUBJECTUM, quod ſunt partes corporis humani viventes, de quibus nota

- *Quid ſit pars* τὸ μέρος, vel *membrum?* Eſt corpus toti cohærens, communique vitâ conjunctum, & ad illius functionem uſumque comparatum.
- *Differentia*, ubi aliæ ſunt
  - *Similares* ὁμοιομερῆ, ὧν τὰ μέρη συνώνυμά ἐστι τοῖς ὅλοις, ſeu quarum particulæ idem habent nomen, & eandem definitionem cum toto, & ſunt *exactè tales*, ut os, cartilago, adeps &c. vel *ad ſenſum tales*, ut caro muſculorum, venæ, arteriæ, nervi, tendines, ungues &c.
    Nota. Sanguis, ſpiritus, ac pili partium numero non excludendi.
  - *Diſſimilares*, quæ è pluribus inter ſe diſſimilibus componuntur, ut oculus, auris, lingua, pes &c. Hæ aliàs etiam vocantur organicæ.
    Nota. Organi vox ſumitur *latè* pro omni parte, quæ aliquem uſum præſtat, & ideo quoque ſuam habet conformationem, & ſic etiam venæ, arteriæ, nervi & ſimiles ſunt organicæ: *Strictè*, pro parte, quæ ex pluribus ſimilaribus conſtat, & integram edit actionem, ut pes, oculus &c.

4. CAUSSA

- *Primaria*, ſeu *Proxima*, quæ eſt ipſa anima.
- *Secundaria ſeu inſtrumentalis* [illegible]
  - *Partium ſimilarium*, quæ conſiſtit in [illegible] fluentis temporis, concurrendis [illegible]
  - *Partium organicarum*, quæ requirit [illegible] conformatione [illegible] longitudinem, & latitu[illegible]

te, quæ ex pluribus ſimilaribus conſtat, & integram edit actionem, ut pes, oculus &c.

4. CAUSSA
- *Primaria*, ſeu *Proxima*, quæ eſt ipſa anima.
- *Secundaria* ſeu *Inſtrumentalis*, quæ eſt conſtitutio naturalis
  - *Partium ſimilarium*, quæ conſiſtit in legitimâ quatuor primarum qualitatum, ut & calidi influentis temperie, concurrentibus tamen ſimul occultis qualitatibus.
  - *Partium organicarum*, quæ reperitur in convenienti conformatione ratione quantitatis in numero, & magnitudine; qualitatis in decenti figurâ quoad longitudinem, & latitudinem; & in juſtâ compoſitione ratione ſitûs, & connexionis.
  - *Nota.* Unitas, ſeu continuitas utriſque partibus eſt communis.

5. DIFFERENTIA ſanitatis, quæ ſolùm eſt ſecundum magis, & minus, ratione ætatis, ſexûs, & temperamenti.

Nota. Sanitas habet ſuam latitudinem. Alii ſunt exactè ſani, alii minus tales, ſumus tamen ſani, quamdiu ὀρθοστάδην. Et hinc cadit *Status Neuter* decidentiæ, & convaleſcentiæ.

SYNOPSIS SPIRITUUM, QVI SUNT

VITALIS cujus
- *Definitio.* Eſt ſubſtantia ſimplex, per ſe calida, levis, cordi in generatione inſita, quæ partim à ſanguine materno in utero; partim ab alimentis, extra uterum aucta omnes corporis partes calore nativo perfundit, junctaque ſanguini nutritionem auctionemque præſtat, eſtque proximum animæ ad actiones quamplurimas expediendas organon. *Nota.* Natura ejus eſt elementaris.
- *Materia*, quæ ſunt partes alimenti, & ſanguinis ſubtiliores.
- *Subjectum primarium* cor, *ſecundarium* ſanguis, imò totum corpus.
- *Uſus*, qui eſt
  - ut ſit vinculum animæ cum corpore.
  - ut ſit proximum animæ ad actiones vitales organon, quatenus
    - omnes partes calore vitali perfundit, & ideò nihil eſt aliud quam calidum innatum veterum.
    - coctionem in omnibus partibus juvat.
    - nutritionem, & auctionem expedit.
    - materiam ſpiritibus animali, & genitali præbet.

ANIMALIS, cujus
- *materia* ſunt ſpiritus vitales.
- *officina* eſt cerebrum cum cerebello.
- *canales* ſunt nervi.
- *Uſus* eſt præſtare ſenſum & motum, ac præterea dare materiam ſpiritui genitali, nutritionemque in partibus perficere.

GENITALIS, cujus
- *materia* ſunt ſpiritus vitales, & animales.
- *officina* teſtes.
- *Uſus* eſt fæcundare uterum, & ſpiritum vitalem reddere fortiorem.

Nota, his ſpiritibus omnibus in temperamento conſtituendo ac diſponendo multum eſt tribuendum.

SYNOPSIS TEMPERAMENTI.

Digitized by Google

SYNOPSIS TEMPERAMENTI,

De quo notentur.

ETYMOLOGIA, dicitur nimirum ab eo, quod temperatum eſt, & hoc
- *vel abſolutè, & ſimpliciter*, ubi qualitates contrariæ æqualibus viribus concurrunt, & tale temperamentum dicitur πρὸς σταθμὸν, ad pondus, vel proportionis Arithmeticæ.
- *vel Relativè ad aliud*, & in ſuo genere, ubi quidem qualitatum in viribus eſt inæqualitas, talis tamen, quæ actionibus ſui generis conveniens ſit, & tale vocatur temperamentum πρὸς δικαιοσύνην, ad juſtitiam, ſeu proportionis Geometricæ.

HOMONYMIA, ubi ſumitur
- *Latè*, pro primarum qualitatum, & ipſorum elementorum temperie, qualem non ſolùm corpus humanum, ſed & omnia miſta ſortiuntur. Et hoc etiam in homine poſt mortem aliquandiu permanet, donec putredine reſolvatur.
- *Strictè* pro temperatione, ſeu miſcelâ viventibus propriâ: quod temperamentum mutatur ratione ætatis, morborum aliarumque circumſtantiarum. Et hoc eſt hujus loci.

DEFINITIO
- *Latè ſumpti:* Eſt qualitas ex mutuâ actione, & paſſione primarũ qualitatũ orta, & ex iis remiſſis & junctis reſultans.
- *Strictè ſumpti;* Eſt qualitas corporis humani viventis, à ſanguine, & ſpiritibus influentibus actu calidis dependens.

GENUS quod eſt *qualitas*, quâ calor ſemper actu deprehenditur, ſuſtentatus pabulo oleoſo, & pingui. Latè quidem ſumptum temperamentum etiam eſt qualitas, ſed in eo nunquam calor actualis ſe prodit.

Nota. Qualitates occultæ, & ἰδιοσυγκρασία multarum admirandarum actionum non ſunt excludendæ. Quòd enim ventriculus chylum, & cor ſanguinem generent, aliaque viſcera aliud agant: item quod quidam felis præſentiam tolerare nequeant, alii abhorreant à caſeo, & ſimilibus, omninò ad occultam temperamenti qualitatem referendum.

SUBJECTUM *eſt corpus humanum vivens* Et in hoc differt à temperamento latè ſumpto.

CAUSSÆ
- *immediatæ ſunt*
  - *Sanguis arterioſus*, cujus vis in humiditate, & ſiccitate conferendâ ſatis eſt conſpicua. Prout enim hic eſt in ſuâ κράσει diſpoſitus, ita & totius corporis temperamentum evadit vel humidius, vel ſiccius.
  - *Spiritus*
    - *Vitales*, qui ratione caliditatis temperamentum dant vel calidum, vel frigidum.
    - *Genitales*, qui perficiunt vitalem, & in temperamenti diſpoſitione ſtrenuè cooperantur.
    - *Animales*, qui ſuum quoque addunt [illegible], & cæteris ſpiritibus juncti ſenſu, motu, imo & quatenus ipſam nutritionem nonnihil juvant, reddunt perfectius.
- *Naturales, ut*
  - *Conſtitutio partium principaliorum*, cordis, teſtium, & cerebri; quarum vis præ cæteris eſt magnâ in temperamento conſtituendo.
  - *Conſtitutio partium Principalibus inſervientium* in
    - alimenti præparatione, ut ventriculi, & inteſtinorum.
    - ſanguinis depuratione, ut pulmonum, hepatis, lienis, renum, pancreatis, &c.
  - *Influxus Aſtralis*. Prout enim Planetæ tempore Nativitatis ſunt diſpoſiti, item prout benefici, vel malefici dominium obtinent, ita etiam revera hominis temperamentum diſponitur.

…, ut | *partibus inſervientium* in { ſanguinis depuratione ut pulmonum, hepatis, lienis, renum, pancreatis, &c. … ut ventriculi, & inteſtinorum.

Influxus Aſtralis. Prout enim Planetæ tempore Nativitatis ſunt diſpoſiti, item prout benefici, vel malefici dominium obtinent, ita etiam revera hominis temperamentum diſponitur.

mediata { *NonNaturales*, ut ſex res non Naturales vulgo dictæ, quales ſunt 1. aër. 2. cibus & potus. 3. ſomnus & vigiliæ. 4. motus & quies. 5. animi πάθηματα. 6. Excreta, & retenta. Hæ ſuo modo temperamentum multum immutare, atque aliter diſponere queunt.

PræterNaturales, ut ſunt morbi, ſymptomata, eorumque cauſſæ. Morbi chronici, acuti, & partes principes affligentes notabiliter temperamenta invertunt.

DIFFERENTIA, ratione {

1. *Qualitatum*, ubi aliud calidum, frigidum, humidum, ſiccum; vel calidum humidum, calidum ſiccum, frigidum humidum, frigidum ſiccum.

2. *Humorum*, ubi aliud {
ſanguineum, quod calidum, & humidum, & optimum eſt.
cholericum, quod calidum, & ſiccum.
phlegmaticum, quod frigidum, & humidum.
melancholicum, quod frigidum, & ſiccum. Atra bilis ſi admiſcetur, caliditas accedit.
mixtum. Rarò purum eſt temperamentum, ſed plerunque ſunt mixta.

3. *Influxus Aſtralis*, ubi aliud, à prædominante nimirum Planetâ in themate Natalitio, Saturninum, aliud Joviale, Martiale, Solare, Venereum, Mercuriale, Lunare, vel etiam mixtum.

4. *Sexûs*: ubi aliud *maris*, quod calidiùs, aliud *fœminæ*, quod frigidius. Interdum tamen virago viro phlegmatico eſt calidior. Inſtituenda etiam eſt comparatio temperamentorum ratione ſexûs in ætate juvenili, vel mediâ: Aliàs enim virginis temperamentum ſemper erit calidius temperamento viri in ſenio conſtituti.

5. *Ætatis*, ubi aliud {
Infantium, & *puerorum*, qui ſunt calidi, & humidi. Infantia ad 7. ætatis annū, pueritia ad 14. extenditur.
Adoleſcentum [quorum terminus eſt annus 25.] *juvenum* [annus 35.] in quibus calor augetur.
Ætatis mediæ, cujus terminus eſt annus 50. In hoc temperamentum aliquandiu permanet, & tandem ſenſim immutatur.
Senectutis, ubi calor indies remittit, ſiccitas etiam accedit. Eſt autem 1. viridis ſenectus ab anno 50. ad 60. Media à 60. ad 70. Decrepita ab anno 70. usque ad finem vitæ.

Digitized by Google

SYNOPSIS
FACULTATUM ANIMÆ, QUÆ SUNT
VITALIS, GENITALIS, ANIMALIS, ET RATIONALIS.
VITALIS FACULTAS vitam largiens

Ad [illegible] *conſervat,* [illegible] præſtat *Nutritione,* & *Augmentatione,* quæ operationes ut rectè expediri queant, opus eſt

ALIMENTO, cujus notentur

PRÆPARATIO in ore quæ fit dentibus [illegible] ſeu *Primores* ſeu *inciſores*. Dicuntur etiam [illegible], quùm interridendum [illegible] 4. in qualibet maxillâ. 2. *Canini* vulgò *oculares* dicti, quorum in qualibet maxillâ duo 3. *Molares*, quorum ſunt viginti, utrinque in qualibet maxillâ quinque. Ex his duo poſtremi dicuntur *dentes ſapientiæ*, quùm eo tempore, [illegible] omnes, demum prorumpant. Hi numerus tamen interdum variat.

Nota. In hac alimenti in ore præparatione [illegible] ſalivalis humiditas cibos ſtatim non nihil mutans.

COCTIO, quæ *inchoatur in ventriculo*, & ejus cauſſæ ſunt
- *immediata*, [illegible]
- *mediatæ*,
  - [illegible] *fermentalis*, qui non eſt acidus, ſed acris & ſalinus. A naturâ eſt inſitus à primo ortu, [illegible] quis. Hic etiam eſt cauſſa appetitus naturalis.
  - *calor* [illegible] *proprius*, quem habet à ſanguine arterioſo ipſum nutriente.
  - *calor partium vicinarum* imprimis hepatis, lienis, & omenti.
  - *aër in* [illegible] *& potu* fermentationem excitatus.

a [illegible] *in Inteſtinis* imprimis [illegible]. Sunt autem inteſtina 1. *tenuia*, ut duodenum, jejunum, ileon, 2. *craſſa*, cæcum, colon rectum.

Nota. Bilis naturalis, quæ circa finem duodeni vel principium [illegible], multum facit ad ulteriorem chyli fermentationem, & perfectionem. Humor [illegible] Pancreaticus [illegible] quoque ſymbolum addere poteſt.

CONFECTIO ſeu ELABORATIO ULTIMA, quæ fit in corde, cujus Uſus
- [illegible] *animæ* [illegible] radicale, vitæque principium. Cor enim eſt primum vivens & ultimum moriens.
- 2. ut ſanguinem è chylo per venas lacteas [illegible] præſtat 1. nova fermentatione, inſita [illegible] calore proprio, cooperante ipſa [illegible] calore in ipſo chylo latitante 2. ſanguinis admiſtione, qui eſt ſui multiplicativus, & ſuis partibus [illegible] exaltat ☉ & ♀ in chylo, & ita ipſi ruborem inducit. Inchoatur hæc coctio in dextro cordis [illegible], abſolvitur in ſiniſtro, continuatur in arteriis.
- 3. ut ſanguinem per venam cavam adductum & viribus [illegible] continuò perficiat.
- 4. ut ſpiritum vitalem, ſeu ignem animalem ex ſubtiliſſima chyli & ſanguinis parte generet, conſervat, & augeat. Hic ſpiritus actu eſt calidus, pollet etiam aliquali lumine.
- 5. ut ſanguinem cum ſpiritu vitali per arteriam magnam ad omnes partes pro nutritione, & augmentatione, vitaque conſervanda diſtribuat, id quod fit PULSU cujus partes ſunt
  - 1. *Syſtole*, qui motus cordis eſt proprius ac naturalis in contractione conſiſtens, quo ſanguis è dextro cordis ventriculo ad ſiniſtrum, & ex hoc in totū corpus per arterias diſtribuitur, ſi[illegible] ſimul à [illegible]
  - [illegible]

...ius gmentatione, vitaque conſervanda diſtribuat, id quod fit PULSU, cujus partes ſunt ... ſimul à vaporibus repurgatur, & à putredine præſervatur.
2. *Diaſtole*, qui motus fit dilatatione cordis, ut hauriatur ſanguis.
3. *Periſyſtole*, quæ eſt quies cordis, & morula quædam.

DEPURATIO, quæ fit
1. In inteſtinis, ubi craſſiora ſcybala ſegregantur.
2. In Pancreate, in quo ſuccus modò flavus, modò alterius coloris ſeparatur, & ad inteſtina defertur.
3. In Pulmonibus, ubi fuligines ſeu vapores reſpiratione ſecluduntur.
4. In hepate, in quo bilis coquitur, & ſegregatur.
5. In liene, in quo melancholicus ſuccus coquitur, & ita diſponitur, ut deinde in aliis partibus commodiùs ſecerni queat.
6. In renibus, in quibus ſerum ſuperfluum ſale volatili, fixo, tartaro, & partibus ſulphureis ſcatens, unà cum materiâ poſtulentâ ſuperfluâ ſequeſtratur.
7. In capitis emunctoriis, ut ore, naribus, auribus, oculis.
8. In toto corpore per cutis ſpiracula.

GENITALIS SEU GENERATRIX FACULTAS

Spectat ad ſpeciei conſervationem. Hanc alii olim ad Facultatem Naturalem referebant, alii hodie vitali annumerant. Sed meritò eam pro peculiari Facultate agnoſcimus, quùm peculiarem habeat officinam, ſalvâ vitâ in aliis planè deſit, in aliis ad certum tempus ſolùm perduret, totumque corpus mirabili modo perficiat, & immutet. Hujus notentur

1. *Organa*, quibus ad fætum producendum utitur, & ſunt partes genitales maris, & fœminæ, de quibus videri queunt Anatomicorum libri.

2. *Materia*, ex quâ fætus formatur, & quâ nutritur, & quidem
- 1. *in utero*
  - *Semen maris, & fœminæ.* Maxima quidem vis ſemini maris tribuenda eſt, quod ſolummodo fæcundat uterum contagio quodam ſpirituoſo; non autem concurrit ita, ut ſit revera materia fætus, ut voluere Veteres.
  - *Sanguis maternus*, qui præbet materiam liquori, qui vocatur à quibusdam lac uterinum. Ex eo fætus formatur, & ex eo nutritur.
- 2. *Extra uterum*, quæ eſt lac, quod nihil aliud eſt quam chylus in mammis nonnihil alteratus, & perfectior redditus, quod probari poteſt 1. à ſubſtantiâ lactis, 2. à quantitate, quâ quotidie emittitur, 3. à qualitate: in lacte enim ſumma albedo, in ſanguine ſumma rubedo; hujus tam ſubita mutatio ſummè dubia; & 4. à tempore, quo lac generari videtur.

Nota. Vitalis, & Genitalis utuntur ſuis miniſtris facultatibus, Attractrice, retentrice, concoctrice, expultrice.
De Animali, & Rationali vide ſequentem Synopſin.

Digitized by Google

FACULTAS ANIMALIS includit.

- **I. SENTIENTEM, quæ actionem ſuam exercet SENSIBUS EXTERNIS, ut**
  - **1. VISU, cujus nota**
    - *Definitionem.* Eſt ſenſus externus rerum viſibilium ſpecies oculi beneficio recipiens.
    - *Organon adæquatum*, quod eſt *oculus*, qui conſtat
      - *Tunicis*, ut
        - 1. *annatâ*, ſeu conjunctivâ, quæ quidem ad viſum nil confert.
        - 2. *Corneâ* κερατοειδὴς, hujus partem poſticam vocant *ſcliroticam* ſeu duram.
        - 3. *Uveâ*, quæ pupillam efformat; hæc in poſticâ parte vocatur χοροειδὴς.
        - 4. Reticularis humorem vitreum ejusque tunicam circumdans. Hæc ulterius ambiens fit aranea, vel cryſtalloides humorem cryſtallinum ambiens.
        - 5. Vitrea, vitreum humorem undiquaque cingens.
      - *Humoribus*, ut aqueo, cryſtallino, vitreo.
      - *Vaſis*, ut arteriis, venis, & nervo optico.
      - *Muſculis.*
    - *Objectum*, quod eſt color, & lumen.
    - *Medium*, quod eſt corpus perſpicuum.
  - **2. AUDITU, cujus**
    - *Definitio:* Eſt ſenſus externus auris beneficio τὸ ἀκουστὸν, ſeu ſonum percipiens.
    - *Organon* adæquatum auris
      - externa, quâ auditus juvatur.
      - interna, in quâ conſideranda ſunt 1. meatus auditorius. 2. Cavitas interior. 3. Oſſicula tria, ut malleus, incus, & ſtapes, 4. tympanum, 5. Nervus auditorius. 6. Addunt alii aërem (innatum.
    - *Objectum* τὸ ἀκουστὸν, ſive ſonus.
    - *Medium* τὸ διηχὲς, ſeu aër. Phyſici etiam aquam addunt; ſed ea piſcibus pro auditu relinquenda.
  - **3. OLFACTU, cujus**
    - *Definitio;* Eſt ſenſus externus naſi beneficio odorem percipiens.
    - *Organon* adæquatum ſunt naſus
      - externus, quo odores colliguntur, ut eò melius ad internum pervenire queant.
      - internus, qui obductus membranâ à nervis 3. conjugationis enatâ, quæ proximum (odoratus organon.
    - *Objectum* ſunt odores à principio ſulphureo dependentes.
    - *Medium* eſt aër.
  - **4. GUSTU, cujus**
    - *Definitio:* Eſt ſenſus externus, linguæ beneficio ſapores perſiciens.
    - *Organon*, quod eſt lingua, carnem peculiarem, raram, mollem, ac ſpongioſam habens.
    - *Objectum* ſunt ſapores, à principio ſalino prodeuntes. Partes 🜄 admixtæ 🜔lia exaltant, & ad ſapores (quoque faciunt.
    - *Medium*, quod eſt pellicula poroſa linguæ obducta, ac ſalivalis humiditas.
  - **5. TACTU, cujus**
    - *Definitio:* Eſt ſenſus externus membranæ beneficio qualitates tactiles percipiens.
    - [illegible]
- **II. MOVEN[illegible]**
  - *Organa* ſunt muſculi, qui ſeptem conſiſtunt partibus, ut venâ, arteriâ, nervo, carne, tendine, membranâ, & pingue-
  - [illegible] id quod fit per abbreviationem muſculi, & collectionem fibrarum ad ſuum principi-

TACTU, cujus
- *Definitio:* Fit ſenſus externus membranæ beneficio qualitates tactiles percipiens.
- *Organon* eſt membrana. Hinc omnes partes, quæ de fibrulis membranarum participant, ſentiunt. (quoque faciunt.
- *Objectum* ſunt res tactiles.

II. MOVENTEM, cujus
- *Organon* ſunt muſculi, qui ſeptem conſiſtunt partibus, ut venâ, arteriâ, nervo, carne, tendine, membranâ, & pinguedine.
- *Species*, ſeu differentiæ in motu ſunt
  - *contrahere*, id quod fit per abbreviationem muſculi, & collectionem fibrarum ad ſuum principium, & hæc eſt propria muſculi actio.
  - *extendere*, id quod fit à muſculis contrariis extendentibus.
  - *transferre*, id quod fit, quando vel pars vel totum corpus transfertur.
  - *tenſum manere*, id quod fit, quando extenſa pars diutius in eo ſitu ſervatur.

III. IRASCIBILEM ſeu θυμοειδῆ, quæ actionem ſuam exercet irâ, metu, gaudio, triſtitiâ, terrore, aliiſque animi pathematis.

FACULTATIS RATIONALIS NOTENTUR

OPERATIONES, quæ fiunt
- *intellectu*, quô res quatenus entia ſunt, à materiâ abſtractas cognoſcimus, & apprehendimus.
- *voluntate*, quâ ad ea, quæ ſub ratione boni cognovimus, ferimur, ſeu quâ res ſub ratione boni appetimus. Appetius autem 1. eſt vel *ſenſitivus*, qui appetit id, quod ſenſibus bonum videtur, 2. *rationalis*, qui id, quod rationi bonum. Utriuſque objectum eſt bonum, ſive ſit revera tale, ſive apparens. Paſſiones animi ſuo modo hùc referri poſſent.
- *Sermone*. Quòd homo, quæ vel meditatur, vel intellectu percipit, vel voluntate appetit, voce articulatâ, ſeu ſermone depromere queat, hoc rationi tribuendum.

MEDIA, quibus utitur ad ſuas operationes, ut ſunt ſenſus interni.
- *Senſus communis*, qui omnium ſenſuum externorum objecta percipit, & ſpecies ſenſiles phantaſiæ offert.
- *Phantaſia*, quæ ſpecies ſenſiles à ſenſu communi acceptas, vel à ſe formatas conſiderat, formatumque phantaſma rationi ad judicandum proponit.
- *Memoria*, cujus duo actus
  - ipſa memoria, quæ eſt rei antea cognitæ ac reſervatæ prompta redditio.
  - Reminiſcentia, quæ eſt ex unius, vel plurium rerum in memoriâ aſſervatarum notitia, in alterius, quæ non promptè occurrit, recordationem regreſſio.

Nota: horum ſenſuum internorum organon eſt totum cerebrum.

SENSUUM CUM INTERNORUM TUM EXTERNORUM AFFECTIONES SUNT

SOMNUS ὕπνος ἐστὶν ἡ τοῦ πρώτου αἰσθητηρίου κατάληψις πρὸς τὸ μὴ δύνασθαι ἐνεργεῖν: eſt primi ſenſorii comprehenſio, ut non poſſit agere. *Ariſtotel. l. de ſomno, c.3.*

Vel eſt ceſſatio naturalis ſenſûs communis, & primi, ac externorum ſenſuum à ſpirituum animalium torpore, vel laſſitudine orta.

VIGILIA, eſt ſenſûs ἐνέργεια, ſeu λύσις τῆς αἰσθήσεως, vel ſenſuum ſolutio à liberiori ſpirituum animalium in ſenſuum organa influxu proveniens.

by Google

Digitized by Google

SYNOPSIS MORBI, cujus notanda ſunt.

1. ETYMOLOGIA. Morbus dicitur quaſi μόρος, mors, ſeu infortunium vitæ; Græcis πάθος, πάθημα, νόσος, νόσημα.

2. HOMONYMIA, Sumitur enim { *Late* pro re omni p.n. corpus noſtrum affligente, ſive ſit morbus, ſive ſymptoma, ſive cauſſa morbifica. *Strict.* pro morbo, quatenus diſtinguitur à ſymptomate, & cauſſâ morbificâ. }

3. DEFINITIO. Eſt affectus p.n. partium corporis viventis, ab earum conſtitutione p.n. ortum habens, & actiones primò & immediatè lædens.

4. GENUS, ſeu ratio formalis eſt affectus p.n. Omnis enim morbus eſt paſſio quædam in organo, per quod actiones fieri debebant. Et hinc à Græcis rectè vocatur πάθος, ἀπὸ τοῦ πάσχειν, à patiendo.

Nota, Morbus *non eſt ſubſtantia*, ut voluit Paracelſus; *non impotentia*, quia hæc pertinet ad actionem læſam, ideoque ad ſymptoma; *non relatio*, niſi ſecundariò; *non motus*, niſi ratione temporum, *non talis paſſio*, quæ in actionis receptione conſiſtat, ſed quæ ceu qualitas ſub ſenſum cadat; nec tandem *privatio negativa*, quia potentia naturalis non planè eſt deſtructa.

5. SUBJECTUM quod ſunt partes corporis viventes, etiam pili, & ungues. *Sanguis* & *ſpiritus* quoque ſunt nidus morbi; ſed quùm iſti in continuo ſint motu, iſti parti, cui maximè vitium affricant, morbus tribui ſolet.

6. CAUSSA eſt διάθεσις ſeu conſtitutio partium p.n. cùm ſimilarium, tùm organicarum.

7. EFFECTUS, qui eſt læſio actionum, quæ ad ſymptomata referenda. Addimus *primò*, & *immediatè* ad differentiam aliarum cauſſarum morbificarum. Addimus *ſenſibiliter*: Si enim læſio eſt levis, morbi nomine indigna.

- *Eſſentiales*, ubi morbi partiũ
  - *Similarium*
    - *intemperiei ſimplicis*, ut calidæ, frigidæ, humidæ, ſiccæ; vel compoſitæ, ut calidæ humidæ, vel calidæ ſiccæ; frigidæ humidæ, vel frigidæ ſiccæ, & quidem vel cum, vel ſine materia.
    - *occultarum qualitatum*, ut peſtis, febres malignæ, lues Venerea, ſcorbutus &c.
  - *Organicarum*, in
    - *Conformatione*, ratione
      - *quantitatis*, in
        - *numero*, vel in exceſſu, vel in defectu, ut ſi deeſt digitus, vel ſi ſextus adeſt &c.
        - *magnitudine auctâ*, ut ſi pars p.n. intumeſcit & augetur; vel *diminutâ*, ut ſi pars contabeſcit.
      - *qualitatis*, in
        - *figurâ*, quoad extenſionem in
          - *longitudine* ſeu *rectitudine*, ut quando partes, quæ rectæ eſſe debebant, fiunt curvæ, vel alio modo p.n. diſponuntur. Pertinent huc varii, valgi, vari, planti, plauci, gibbi, & ſimitas.
          - *ſuperficie*, quæ
            - *plana*.
            - *concava*, vel *convexa*, ut in
              - *meatibus*, in
                - *exceſſu*, ἀναστόμωσις, διαπήδησις, διαίρεσις.
                - *defectu*, quæ fit ἐμφράξει, συμπτώσει, θλίψει, & contorſione.
              - *cavitatibus*, ſi peccant in multitudine, aut latitudine.
      - *Impaſſibilibus qualitatibus*, quoad mollitiem, duritiem, aſperitatem, & perſpicuitatem.
    - *Compoſitione*, συνθέσει in
      - *ſitu mutato*, ut in luxatione, herniâ, procidentiâ uteri, inteſtini recti, oculi &c.
      - *connexione mutatâ*, ut quando vincula laxantur, vel rumpuntur; vel quando partes, quæ ſejunctæ eſſe debebant, conjunguntur, ut quando digiti coaleſcunt &c.

8. DIFFERENTIÆ

- *Compoſitione*, συνθετοὶ in
  - … procidentia uteri, inteſtini recti, oculi &c.
  - *connexione mutata*, ut quando vincula laxantur, vel rumpuntur, vel quando partes, quæ ſejunctæ eſſe debebant, conjunguntur, ut quando digiti coaleſcunt &c.
- *Solutâ unitate*, qui quidem morbi cùm ſimilaribus, tum partibus organicis ſunt communes,
- *Accidentales*, ubi morbus ratione
  - *Partis affectæ*
    - *Univerſalis*, qui totum corpus occupat; *particularis*, qui partem.
    - *Externus*, qui externas; *internus*, qui internas partes obſidet.
    - *Congruus*, qui partibus convenit ratione temperamenti, ætatis & ſexus. *Non congruus*, qui contrario modo ſe habet.
    - *per eſſentiam* ἰδιοπάθεια, quando pars per ſe laborat; *per conſenſum* συμπάθεια, quando ab aliâ afficitur.
  - *numeri*
    - *Unus*, quando unus vel unam partem, vel totum corpus affligit: *multi*, qui vel unam vel plures partes lædunt.
    - *Simplex*, qui cum nullo alio morbo conjungitur; *compoſitus*, qui cum aliis.
    - *Separati*, qui in diverſis partibus reſident, nec quicquam communicant inter ſe; *impliciti*, qui inter ſe communicant.
    - *connexi*, & *conſequentes*, ut quùm alter morbus alterius cauſa exiſtit.
  - *temporis* eſt
    - *fiens*, quæ fit, & adhuc eſt in principio; *factus*, qui jam in vigore, & ſatis manifeſtus.
    - *brevis*, ut omnes acuti; *longi*, ut chronici.
    - *vernus*, ut febres tertianæ; *æſtivus*, ut febres ardentes; *autumnales*, ut quartana; *hiberni*, ut quotidiana.
    - *diurnus*, qui magis interdiu; *nocturnus*, qui magis noctu affligit.
    - *à primo ortu*, ut congeniti in utero; vel *hæreditarii*, qui vitio ſeminis in natos derivantur.
    - *ordinatus*, qui certis temporibus paroxyſmum inſtituit; *inordinatus*, qui contra.
    - *intermittens*, qui certo tempore intermittit; *non intermittens*, qui contra.
  - *vehementia*
    - *magnus*
      - *per ſe*, ratione partis nobilioris laborantis, receſſûs à ſtatu naturali, κακοηθείας ſeu mali moris.
      - *per accidens*, ut quando morbus per ſe parvus gravia habet ſymptomata, diu durat, & vires ſunt debiles.
    - *parvus*, qui contrario modo ſe habet.
    - *acutus* qui ſumitur
      - *latè* pro morbo, qui celeriter terminatur, & periculum ſine febre tamen habet conjunctum, ut apopl. &c.
      - *ſtrictè*, pro morbo, qui naturâ magnus, celeriter movetur, periculum habet adjunctum, & criſi ſolvitur, ut febres, quæ 1. extremè acuti, finiuntur 3 aut 4. die, 2. peracutæ, quarum terminus dies 7. 3. acutæ ſimpliciter, quæ 14. vel 20; acutæ ex degeneratione, quæ 40. die terminantur.
  - *moris*
    - *legitimus*, qui à ſimplici cauſsâ dependet, ut tertiana legitima; *nothus*, qui contra.
    - *contagioſus*, qui ſui ſeminium in aliud corpus transfundit, ut peſtis &c: *non contagioſus*, qui contra.
    - *ſparſi*, σποραδικοί, quùm diverſæ ſpeciei morbi plures invadunt, ut febres, ophthalmiæ &c.
    - πανδήμιοι, *communes*, quùm ejuſdem ſpeciei morbi plures invadunt, ſuntque
      - ἐνδήμιοι, *vernaculi*, qui ejuſdem regionis incolas crebriùs infeſtant.
      - ἐπιδήμιοι, qui plures ex eâdem, ſed non vernaculâ cauſsâ invadunt, ut peſtis, febres petechiales &c.
    - *benignus*, qui nullum grave ſymptoma præter ſuam naturam habet conjunctum; *malignus*, qui contra,
    - *ſalutaris*, qui ad ſalutem terminatur vel perfectè, vel imperfectè: *lethalis*, qui interficit.

9. TEMPORA, ut

- *Initium*, quod ſumitur 1. in genere pro morbi initio, 2. in ſpecie pro 3 morbi diebus. 3. pro toto tempore, quo morbus crudus.
- *Augmentum* ἀύξησις, quando ſymptomata ingraveſcunt, & ſigna coctionis apparere incipiunt in ſalubribus morbis, aut contra in lethalibus.
- *Status*, vigor, ἀκμή, quando pugna inter naturam & morbum eſt maxima, & ſymptomata ſunt vehementiſſima.
- *Declinatio*, παρακμή, quando morbus à natura victus miteſcere incipit.

F

by Google

SYNOPSIS CAUSSARUM MORBI,

quæ conſiderantur.

I. Vel in reſpectu ad morbum, ubi [illegible] eſt

- *Proxi[illegible] & imme[illegible]*, [illegible] interce[illegible]; *Rem[illegible] & [illegible]*, ubi alia interce[illegible].
- *Contin[illegible]*, [illegible] adhære[illegible], [illegible] morbus ponitur, ablatâ, tollitur. Morbis cum [illegible] hæc p[illegible] competit.
- *[illegible]*, [illegible] quæ mor[illegible] antecedit, & eſt [illegible] poſitio in corpore latens.
- *[illegible], occ[illegible]*, quæ antec[illegible] entem in corpore [illegible] movet, ut cauſſa proxima fiat, ut vi[illegible], ira, motus &c.
- *Evi[illegible]*, quæ in ſenſus [illegible] currit. [illegible] opus [illegible] fiat manifeſta, ut vermes calcul[illegible].
- *Interna*, vel *externa* [illegible]
- *[illegible]*, quæ plures afficit, ut ſex res non naturales [illegible], quæ cert[illegible] hominibus peculiaris eſt.
- *P[illegible]*, quæ ſuâ præſentiâ agit, ut quando aqua f[illegible] la refri[illegible] *Priv[illegible]*, quæ a[illegible] ſens effectum diſſimilem præſtat, ut quando calor ad interiora recurrens e[illegible] refrig[illegible] cauſa in pa[illegible] externis.

II. Vel in reſpectu ad ipſas res, quæ cauſſarum naturam induunt, ubi aliæ ſunt

- *Gen[illegible]*, u[illegible]
  - *Sex res non Naturales*, quæ evitari nequeunt, ut
    - *A[illegible]r*, qui nos lædit, vel qu[illegible] bit, vel quatenus inſpiratione attrahi[illegible].
    - *Cibus & potus*, qui peccat quantitate, qualitate, & utendi modo.
    - *M[illegible]tus & quies*, qui peccat in exceſſu, & defectu.
    - *Somnus*, & [illegible], quæ eodem modo pecc[illegible].
    - *Animi pathemata*, quatenus mod[illegible] ex[illegible]nt.
    - *Excr[illegible] & retent[illegible]*, ſi vel utiles humores ejiciuntur, vel inutiles retinen[illegible].
  - *[illegible] externæ*, quæ evitari poſſunt, ut quæ vulnerant, contundunt, vel alio modo corpus lædunt.
  - *[illegible]morum vit[illegible]*, ut ſunt
    - *Plethora pura*, vel *notha*; quoad vaſa, ſeu quoad [illegible]es.
    - *C[illegible]ochymia*, [illegible] cum [illegible]ans
      - [illegible]
      - *b[illegible]e* na[illegible], vel p[illegible] vitellinâ, porrac[illegible], æru[illegible]
      - *melanch[illegible]ico* & atrabitario humore, vel ſeroſo, & fla[illegible]
      - Huc [illegible]oque referuntur calculi, vermes, & Chymicorum [illegible]ncipia, ⊖, ♀ & ☿.
- *Similarium*, ut
  - *[illegible]temperies*
    - *ſine materiâ*
      - *[illegible]*, ut motus corporis, & animi, putredo, res [illegible] exterius, vel interius a[illegible] corporis conſtipat[illegible].
      - *[illegible]gida*, ut refrigerantia interius, & exterius adhibita, ventilatio prohibita, calorem ſuffocantia, vel reſolventia.
      - *humida*, humida aſſumpta, & effluvia impedientia.
      - *ſicca*, à cauſſâ contrariâ.
    - *cum materiâ*, i.e. cum humore quodam p. n. qui vel *ſenſim* in parte colligitur vitio vel partis, vel alimenti, vel *confertim* influit per [illegible] tractione, dolore, & calore, vel per [illegible] pulſu. Reſpiciendum utrobique eſt ad partem *mandantem*, & *recipientem*.
  - *occultarum qualitatum*, ut ſunt omnia [illegible] vel in corpore noſtro [illegible]

ram induunt, ubi aliæ ſunt

- *Speciales*, morborum partium.
  - Similarium, ut
    - *intemperiei*
      - … *ſiccæ*, à cauſsâ contrariâ.
      - *cum materiâ*, i.e. cum humore quodam p. n. qui vel *ſenſim* in parte colligitur vitio vel partis, vel alimenti, vel *confertim* influit per ἕλξιν tractione, dolore, & calore, vel per ὦσιν pulſu. Reſpiciendum utrobique eſt ad partem *mandantem*, & *recipientem*.
    - *occultarum qualitatum*, ut ſunt omnia venena, maligna, & occulto modo agentia, quæ vel in corpore noſtro generantur, vel exterius accedunt ex vitio aëris, contagio, vel è plantis, animalibus, aut mineralibus venenatis.
  - Organicarum
    - *Conformationis*
      - *in numero*
        - *deficiente*, à primo ortu, vel poſt ortum ab injuriis externis.
        - *abundante*, à primo ortu, vel poſt ortum.
      - *in magnitudine*, & quidem
        - *auctâ* ab humoribus, flatibus. Pertinent huc omnes tumores.
        - *imminutâ*, ob virtutis debilitatem, vel alimenti inopiam, vel etiam externas injurias.
      - *in figurâ*, ratione
        - *longitudinis*, vel *rectitudinis*, ubi pars incurvatur & diſtorquetur vel in utero, errore formatricis facultatis, vel extra uterum ab injuriis externis.
        - *meatuum*, qui
          - p.n. *aperiuntur*
            - ἀναστομώσει ab humoribus quantitate vel qualitate peccantibus, vel etiam medicamentis.
            - διαιρέσει ab erodentibus, diſtendentibus, & rumpentibus.
            - διαπηδήσει ab humectantibus, & rarefacientibus.
          - *obſtruuntur* à materiâ, ut calculo, verme, humore; *conſtipantur* à carne annatâ, aut tumore; *comprimuntur* à tumoribus, oſſibus luxatis, & externis rebus variis; *coaleſcunt* poſt ulcus vel vulnus; vel *ſubſident* ab humorum evacuatione, & ſimilibus.
        - *cavitatum*,
          - *in exceſſu*, à re replente, & diſtendente.
          - *in defectu*, à repletione, compreſſione, ſubſidentiâ parietum ejus, vel à conſtrictione, & nimio aſtringentium uſu.
        - *paſſibilium qualitatum*, ut quando partes raræ condenſantur ab intemperie calidâ & ſiccâ; denſæ rareſiunt ab humoribus acribus; ſeu molles redduntur à humectantibus; duræ à ſiccantibus, aſperæ ab acribus, & erodentibus. Partes pellucidas in oculo adulterant humores opaci.
    - *Compoſitionis*, in
      - *ſitu*, qui mutatur ob partium, quibus continentur, laxitatem, ſolutâ unitatem, ligamentorum contractionem, vel quùm pars violenter loco movetur.
      - *connexione*, quæ vitiatur iiſdem de cauſſis, luxatione, ruptione, vulneribus &c.
    - *Solutæ unitatis*, ut ſunt, quæ ſolvunt, ſecant, erodunt, contundunt, tendunt, rumpunt, vel adurunt.

Digitized by Google

SYNOPSIS SYMPTOMATUM,

de quibus notentur.

ETYMOLOGIA. [illegible]
SYNONYMIA. [illegible]
HOMONYMIA. [illegible]
DEFINITIO. [illegible]
GENUS, [illegible] pa[illegible]m [illegible]
[illegible]
CAUSSA. [illegible] Ut [illegible] ma eſt vel [illegible]
[illegible]

DIFFERENTIA [illegible] [illegible] & *Genet[illegible]*
[illegible] *Argent[illegible]*
[illegible]

FACULTATIS VITALIS RATIONE ACTIONIS LÆSÆ SYMTOMATA SUNT

[illegible]

IN AFFECTU [illegible]

IN [illegible] [illegible]

IN [illegible] [illegible] [illegible] deſiderium [illegible]
[illegible]

[illegible] ... quæ eſt inane vomendi deſiderium [illegible] ventriculi, & vehemens ſurſum verſus factus ab irritatione ipſius ventriculi dependens [illegible] à fruſtratâ alteratione [illegible] in [illegible]: de-

TRICE VENTRICULI IRRITATA, ubi ſunt

- *Vomitus*, ἔμετος, qui eſt depravatus ventriculi motus, quo expultrix irritata, quæ moleſta ſunt, per os rejicit. ... à materiæ vitio, vel expultricis debilitate dependens.
- *Cholera humida*, quæ eſt immoderata humorum corruptorum ἄνω & κάτω excretio ab expultrice ventriculi, & inteſtinorum irritatâ dependens.
- *Cholera ſicca*, in quâ acres, & mordaces ſpiritus ἄνω, καὶ κάτω excernuntur.
- *Lienteria* Eſt celer cibi ac potûs immutati per alvum rejectio, à coctrice læſâ, & expultrice ventriculi irritatâ proveniens.
- *Cæliaca*. In hac nonnihil mutata rejiciuntur.
- *Ructatio*: eſt motus depravatus ventriculi, quô vapores ab expultrice irritatâ per os excluduntur.

Nota. Peculiare ſymptoma ventriculi [quod quidem propriè ad ſenſum tactûs pertinet] eſt dolor cùm *in genere* omnis, tùm *in ſpecie Cardialgia*, quæ eſt triſtis ſenſatio ventriculi, imprimis autem orificii ejus ſiniſtri, à ſolutione continui confertim, & cum impetu agente dependens.

CORDIS, in

- *Sanguificatione*, quæ vel aboletur, vel diminuitur, vel depravatur, & variis aliis ſymptomatibus dat anſam.
- *Palpitatione*, quæ eſt motus depravatus, velox, creber, & frequens, à facultate pulſificâ irritatâ excitatus.
- *Lipothymiâ*, quæ eſt virium omnium, imprimis autem vitalium lapſus cum pulſu parvo, tardo, & raro, à defectu ſpirituum vitalium ortus.
- *Syncope*, quæ fortior eſt lipothymiâ, & oritur à majori defectu ſpirituum vitalium: pulſus in eâ eſt ferè abolitus, & adeſt ſudor frigidus.
- ἀσφυξία fit à pulſu ablato, unde eſt ſummus ſyncopes gradus, ac morti proximus.

VISCERUM SANGUINEM DEPURANTIUM, ut

- *Pulmonum* in reſpiratione, quæ vel aufertur, ut in ἀπνοίᾳ; vel imminuitur, ut in δυσπνοίᾳ; vel augetur, ut in aſthmate, ubi crebro cum anhelitu & ſono ſpiramus; & ὀρθοπνοίᾳ, in quâ erectâ cervice ſpirare cogimur.
- *Hepatis*, ut quando bilis coctio vel eſt nulla, vel diminuta, vel depravata: unde deinde varia alia ſymptomata oriuntur.
- *Lienis*, quando ſanguinem craſſiorem vel planè non, vel diminutè, vel depravatè coquit, unde oriuntur ſcorbutus, affectus hypochondriacus, cachexia, cutis vitia, morbi melancholici, & multa alia mala.
- *Renum*, inteſtinorum, uteri; quæ autem ſymptomata ad excreta, & retenta referuntur.

NUTRITIO, quæ

- *aboletur* vel *imminuitur* in atrophiâ: eſt nutritionis imminutio ſeu defectus, quâ corpus ſenſim exſiccatur, & contabeſcit à vitio alimenti, vel virtutis dependens.
  - *Nota* Hæc nutritionis vitia interdū ſunt in unâ, vel pluribus partibus.
- *depravatur* in
  - *Cachexiâ*, ubi totum corpus malè nutritur, redditur ſubtumidum, & color nativus mutatur in lividum, aut plumbeum ob ſanguinem crudum.
  - *Scabie* ψώρᾳ, in quâ cutis intemperiē contrahit cum pruritu, tumore, & exulceratione, ob ſanguinis vitium.
  - *Leprâ Græcorum*, quæ eſt ſcabies aſpera, & ſquamoſa cum pruritu ab humore melancholico orta.
  - *Elephantiaſi Græcorum*, quæ eſt inſignis cutis fœditas, & quaſi cancer toti corpori communis ab atrâ bile ortus.
  - *Nota*. Pertinent hùc multa alia cutanea vitia, de quibus videantur Practici.

AUCTRICIS FACULTATIS, quæ itidem vel aboletur, vel imminuitur, vel depravatur, vel in toto, vel in parte.

1\. SENSUUM EXTERNORUM

Viſus, qui

aboletur [illegible] à morbis partium oculos conſtituentium, vel ſpirituum [illegible] [illegible] ſpirante.

[illegible] non [illegible] oculis [illegible] re propius [illegible] [illegible] occidente ſole [illegible] nocturnibil. [illegible]

depravatur [illegible] quæ recta, curva; quæ integra [illegible] quæ ſimplice, [illegible] [illegible] culices, [illegible] [illegible] [illegible] vel [illegible] cornea perpetuò [illegible], aut ſpiritus vel nervi optici non rectè habeat.

Auditus, qui

aboletur in [illegible] ſurditate.

imminuitur [illegible] auditu gravitate in qua [illegible] [illegible] percipiuntur.

depravatur, quum [illegible] quæ [illegible] vel [illegible] & [illegible] [illegible] Hæc [illegible] [illegible] nimirum, vel ſpirituum vitio.

Olfactus [illegible] vel *aboletur*, vel *imminuitur*, vel *depravatur*, & quidem vel organi vel ſpirituum vitio.

Guſtus [illegible] *imminuitur* vel *depravatur*, vel ob [illegible] linguam, vel ob ſpirituum defectum.

Tactus

aboletur in [illegible] ob ſpiritus animales [illegible] [illegible]entes, vel nervos [illegible] ſtrictos.

imminuitur in [illegible] torpore, ob ſpiritus [illegible] [illegible].

depravatur in [illegible] [illegible]. *Cauſa* [illegible] [illegible] in fieri, vel in eſſe. Pertinent [illegible] dolor capitis, [illegible], [illegible] & [illegible] [illegible], arthritis, [illegible] aliarum partium dolores.

2\. INTERNORUM, [illegible] phantaſiæ, & memoriæ. C[illegible] [illegible] [illegible] trahitur, ut in [illegible] *Memoria* [illegible] vel [illegible] ob læſam cerebri [illegible] [illegible]re, [illegible] [illegible] ob ſpiritus animales [illegible].

3\. SOMNI, quæ [illegible] [illegible] affectio eſt, qui

aboletur [illegible] & [illegible] calidiores.

imminuitur [illegible]

[illegible] tur

Criſin per excretionem. i. e. ſanguinis fluxum per nares, uterum, hæmorrhoides, vomitum, ſudorem, alvi, & urinæ profluvium, ut ſunt 1. *morbi natura* [ſi peracutus] & *motus*, ſi ſubitò movetur. 2. *Pars affecta.* Sic hepatis pars convexa inflammata per naris dextræ hæmorrhagiã, aut per urinam; cava per alvi fluxum, vomitum, aut ſudorem criſin ſubinnuit &c. 3. *ægri natura,* & *ætas.* Si juvenis, temperam. choler. aut ſanguin. 4. *æſtas, regio calida, victus q; calidus* antecedẽs. (ceſſerit.

Per abſceſſum, ut 1. ſi morbus longus, 2. ſi urinæ tenues, & crudæ, 3. ſi hyems ſit, & regio frigida, 4. ſi excretio imperfecta ante-

Locum excretionis, per

- *hæmorrhagiam narium,* quam indicant hypochondrii diſtentio, difficilis reſpiratio, ſed non diu durans, dolor capitis, arteriæ temporum pulſantes, rubor faciei, oculorum, lacrymæ involuntariæ, delirium, nares prurientes.
- *menſium fluxum,* ut ſunt lumborum æſtus, & gravitas, hypochondriorũ diſtentio, tempus, quô aliàs fluere ſolent.
- *hæmorrhoides,* ut ſunt conſuetudo, æſtus circa ſpinam dorſi, dolor, & tenſio lumborum.
- *ſudorem,* ut urinæ ſuppreſſio, & hanc ſequens rigor, pulſus mollis, undoſus, cutis rubedo, inſomnia de lavacris.
- *vomitum,* ut morſus ventriculi, dolor capitis, vertigo, tremor labii inferioris, nauſea, faſtidium.
- *alvi fluxum,* ut ructus, flatus, ſtrepitus, inflatio ventris, lumborum dolor, & urinæ difficultas.
- *urinam,* ut hypochondrii gravitas, & circa veſicam inflationis ſenſus, ardor urinæ, & alvi conſtipatio.

Nota. Si per plura loca criticæ evacuationes futuræ ſunt, plurium etiam ſigna aderunt.

Locum abſceſſuum

- *in ſuperioribus partibus* fient, ſi humores ſunt tenues, vires debiliores.
- *in inferioribus,* ſi humores craſſiores, & vires fortiores. *Nota,* pars natura debilior abſceſſum recipiet.
- *retrò aures* fient, ſi antecedunt dolor capitis, vigiliæ, delirium, & imprimis, ſi dolor ad aurem ſe magis (convertat, & auditus lædatur.
- *ſub axillis, in inguinibus,* & aliis partibus, ſi dolor ibi exoritur.

comitantia, in

Excretione, quæ ut ſalutaris ſit, habeat

- *qualitatem laudabilem,* humor nimirum ſit coctus, non crudus, niger, aut æruginoſus.
- *quantitatem moderatam.* Damnatur enim exigua, & immoderata.
- *tempus conveniens,* de quo ſuprà dictum.
- *excernendi modum decentem,* i.e. fiat confertim, & per loca conferentia, & κατ' ἴξιν ſeu è directo partis (laborantis.

Abſceſſu, qui an bonus ſit, indicabit

- *ejus natura.* Bonus eſt foras extumeſcens, acuminatus in turbinemq́ue gracileſcens, æqualiter matureſcens, non circumdurus, declivis, non bifidus, colore ruber, aut flavus, & qui perſeverat, ſuppuratur, & ægros (juvat.
- *locus,* qui debet eſſe conveniens, nimirum ignobilior, omnis materiæ morbificæ capax, & è directo.
- *tempus conveniens,* ut debet fieri die decretorio.

conſequentia ſunt, quæ docent, an criſis perfecta, imperfecta, ſecura, fida, infida, ſalutaris, aut lethalis fuerit, & ſunt 1. ſi qualitates corporis iterum fiant naturales, 2. ſymptomata omnia remittant, 3. actiones cùm vitales, tùm animales vires recuperent, & 4. excrementa iterum fiant naturalia.

Q

Digitized by Google

by Google

Digitized by Google

SYNOPSIS METHODI TUENDÆ SANITATIS, de quá notanda.

DEFINITIO. Methodus tuendæ ſanitatis eſt doctrina de legitimo ſex rerum non naturalium ad ſanitatem præſentem conſervandam uſu, & quidem in ſpecie

DIÆTA FOETUS IN UTERO. Ubi Gravida vitet
- *aërem* fœtidum ex candelis extinctis, ſulphure, vel aliis rebus ingratis, ut & herbas nimis fragrantes.
- *cibos* mali ſucci, acres, urinam vel alvum nimis moventes, vel ſternutationem excitantes. Si tamen appetitus eſt magnus ad cibum pravum, is non denegandus, ne nævus in infantem derivetur; vel dandum aliquid de melle, nuce moſchatâ, (aq.cort.citri &c.
- *motum vehementem*, ſaltationem, otium nimium.
- *iram*, terrorem, metum, triſtitiam, etiam nimium gaudium, & fortem rerum terribilium contemplationem.
- *alvi conſtipationem*. A diarrhæâ etiam ſibi caveat.

Nota. Symptomata, quæ interdum obvenire ſolent, ut nauſea, vomitus, pica, tuſſis, febres, tormina ventris, vertigo, dolor dentium, cordis palpitatio, dolor lumborum, & ſimilia medici operâ mitiganda.

Ad abortum præcavendum interdum etiam danda fœtum roborantia, ut lapides pretioſi, margaritæ, corallia præp. tinct. corall. nux moſch. raſ. eboris, cort. citri, caryophylli, caro citri, Balſamum puerorum, & ſimilia. Plethoricæ, 4. menſe venam in brachio ſecandam curent. Leniter cacochymicæ etiam purgari queunt.

INFANTIS in lucem editi,
1. Qui ad 12. 18. vel 20. horas initio non lactandus, ſed dandum ſacch. penid. cum ol. amygd. dulc. vel parum mellis, aut ſir. de ſcyllâ, ut feces in utero materno collectæ educantur, & varia ſymptomata præcaveantur. Somnus diurnus non nocet.
2. Lacte matris, ſi fieri poſſit, 14. vel 18. menſibus nutriendus. Si nutrix eligenda, ea ſit bonæ conſtitutionis.
3. Ad cibos ſenſim aſſueſaciendus. Sufficiunt pulmenta è farina triticea, vel medullâ ſimilæ cum vitellis ovi, & brodio gallinæ. Vulgus parat è lacte, & farinâ. Proſunt etiam juſcula è lacte parata, vel ſimilia.
4. Cibi conveniunt ſolidiores, ſi dentes maxillares in conſpectum venerint. Vinum infantibus non dandum.
5. Balnea conveniunt in recens natis mane bis in ſeptimanâ; in adultioribus ſemel. Abſtinendum ab iis, ſi tuſſis adſit.
6. Faſciis non nimis ſtrictè involvatur. Terror iis ſummè noxius.
7. Dentitionis tempore ſymptomata, ut tuſſis, alvi fluxus, febres, vigiliæ, convenientibus remediis ſunt mitiganda.

PUERORUM
1. Cibis his concedendi ſunt moderatè ſolidi, ſed boni ſucci, ter vel quater in die. Mellita, ſaccharata, & lacticinia multa vitanda, ne lumbricorum generationi anſa detur.
2. Exercitia quoque concedenda, cùm corporis, tùm animi, ſed moderata.
3. Ad morum ſuavitatem aſſueſaciendi, ab irâ revocandi. De ſomno ſenſim aliquid detrahendum.
4. Interdum leniter purgandi, quum propter ἀλληλοφαγίαν vitioſi ſucci cumulentur.

JUVENUM
1. Cibi his competunt ſolidiores, non tamen nimiâ ſiccitate præditi.
2. Exercitatio corporis concedatur major, ut corpus laboribus ferendis fiat aptum.
3. Qui literis operam navant, eligant magis horas matutinas, non veſpertinas, habeantque rationem cerebri, & ſpirituum ani-

... eligatur potus. ... cerebri, & ſpirituum ani- (malium, evitentque crapulam.

MEDIÆ ÆTATIS.

2. *In cibo* attendenda qualitas, quantitas, tempus ſumendi, & modus. Panis benè fermentatus, & carnes brutorum juniorum be- (nè coctæ vel aſſatæ optimū præbent nutrimentum.

Nota.
1. Dandum hîc interdum aliquid conſuetudini, & vitæ generi.
2. Delectat ciborum varietas, ſed ea, quæ in qualitatibus non nimis contraria.
3. Si prandium fuit liberalius, cœna ſit parcior, & contra. Plura de cibo & potu vide in *Epitome l. 2.*

3. *Motus corporis* non omnes cōveniunt omnibus. Vehementē variis laboribus tolerat vulgus. Literatis ſufficit ambulatio, vectio in curru, pilæ luſus, & ſimilia exercitia; Fiant autē ante cibum, & in loco conveniente. Dandum tamen aliquid conſuetudini.

4. *In ſomno* obſervandus modus, qui fiat primo decubitu in latus dextrum, poſt noctis meridiem verò in ſiniſtrum, capite nonnihil elevato, & cruribus contractis: tempus, quod ſit nocturnum 2. vel 3. horis à cœnâ. Meridianus etiam locum habet in conſuetis, & ubi nox fuit inquieta. Septem vel octo horæ ad ſomnum capiendum ſufficiunt. Literati vitent lucubrationes, Aurora enim eſt muſis amica.

5. *Balnea* proſunt in hac ætate, quæ autem inſtituenda non à cibo ſumpto, ſed vel manè, vel circa horam 4. meridianam. In balneo à cibo & potu abſtinendum. Ante fatigationem egrediendum, & corpus à frigore defendendum. Non prius cibus ac potus capiendus, quàm calor à balneo contractus exſpirarit.

6. *Lotiones capitis* valdè proſunt: fiant autem manè, vel pauló ante cœnam. Pedilavia fiant circa horam decubitûs.

7. *Alvus* quotidie ſuo reſpondeat officio. Si iſtud non fiat, humectantia, ut uvæ paſſæ, decoctum cauliū, vel prunorū ſumendum, caput manè pectendum, os aquâ eluendum, aures, nares, & palatū expurgandum, brachia, & crura fricanda, id quod etiam (in omni ætate obſervandū.

8. Qui præſervationis gratiâ corpus purgare, vel venam ſecare voluerint, vere id inſtituant. *6. aph. 47.*

Nota. Non incommodum erit, ſi interdum adhibeatur aloës violata, vel roſata, cremor tartari, Elixir Proprietatis, ſpiritus aperitivi, & ſimilia polychreſta. Literati magiſteria perlarum, coralliorum, ambram, confectionem alkermes, & ſimilia eligant. Qui interdum calculo, arthritide, dolore colico, catarrhis, vel imbecillitate ventriculi laborant, ſpecifica remedia ad præſervationem in uſum trahere poſſunt.

SENUM.

1. *Aër* his competit calidior, & humidior, & niſi per ſe ſit talis, arte conciliandus.
2. *Cibi* ſint calidi & humidi, boni ſucci faciliſque coctionis condiendi aromatibus. (Comedant ter in die, ſed parcius. De quantitate indies aliquid detrahendum.
3. *Potus* ſit præter cereviſiam laudabilem, vinum bonum, & generoſum. Vinum enim lac ſenum. Mulſa etiam locum habet.
4. *Exercitia* ſint levia ante cibum. Conveniunt maximè frictiones matutinæ.
5. *Somnus* ſit longior, & concilietur lactucâ coctâ in fine cœnæ ſumptâ cum ſaccharo; anetho, lotionibus pedum & manuum (ſomniferis.
6. *Animi perturbationes* ſint procul, & locus concedatur honeſtis oblectamentis.
7. *Alvus* quotidie ſuo ſatisfaciat officio: quæ ſi ſegnior, cibis humectantibus irritanda. Nocent δραςικὰ remedia.

R

Digitized by Google

ized by Google

SYNOPSIS RERUM AD SANITATEM TUENDAM NECESSARIARUM, ut ſunt

[illegible]

... [illegible] ... ſalubris ... [illegible]

... [illegible] ... laxant, ſed flatus excitant.

[illegible]

… humida, proſunt calidis.

… *Uvæ dulces* benè nutriunt, laxant, ſed flatus excitant.

Paſſulæ melioris ſunt notæ. *Amygdalæ dulces* ſunt temperamenti calidi humidi, benè nutriunt.

Nuces Juglandes proſunt virides, ſunt tamen difficilis coctionis. *Avellanæ* ejusdem ſunt notæ.

Caſtaneæ ſiccant, & difficilius coquuntur. *Olivæ immaturæ* proſunt ventriculo. (miſcetur cum aliis.

Oleum expreſſum eſt temperatum, benè nutrit, nocet tamen debili ventriculo. *Saccharum* prodeſt calidis & humidis, prout nimirum

3. *Ex Animalibus*, ut

Lac, eſt temperatum, benè nutrit, prodeſt phthiſicis, nocet in febribus, calculo, & dolore capitis. *Butyrum* multum nutrit. *Lac acidum* prodeſt calidis.

Caſeus eſt difficilis coctionis. Melior eſt mediæ ætatis, & prodeſt magis poſt alios cibos. *Serum* abſtergit, & prodeſt, ſi humores aduſti ſunt.

Ova proſunt recentia, & ſorbilia, multum nutriunt. *Mel* eſt calidum & ſiccum, prodeſt frigidis. (tam bona.

Caro ſuilla benè nutrit, ſed eſt difficilis coctionis. *Aprugna* ſi mediæ ætatis, eſt melior *Agnina*, & *vervecina* junior benè nutrit, & facilè coquitur. *Ovilla* non

Vitulina benè nutrit, & eſt facilis coctionis. *Bubula*, ſi ſit mediæ ætatis, firmum præbet alimentum. *Vaccina* eſt ignobilior.

Partes animalium, ut pedes, jecur, lien, pulmones, renes, cerebrum, ventriculus, & inteſtina difficilis ſunt coctionis. Lingua, & cor præſtat aliis.

Caro de *capreolis, cervis*, & *leporibus junioribus* eſt bonæ notæ. *Capones*, & *pulli gallinacei* dant carnes fac. coctionis, & boni nutrimenti. *Galli*, & *gallinæ* carnes ha-

Tetraon minor, Gallus Indicus, Tetrax, Phaſianus, Attagen, Perdix, ſi ſint juniores, offerunt carnes laudabiles. (bent ſicciores.

Columbæ, Turtur, Livia dant alimentum ignobilius. *Anseres* ſunt difficilis coctionis, præbent tamen firmum alimentum.

Turdus, alauda, merula, coturnix, rubecula, & ſimiles ſunt facilis coctionis, & boni nutrimenti.

PISCES bonæ notæ ſunt *Tructæ*, ſeu *Truttæ*, *funduli*, *mordilepides*, *Lucius junior*, *Lampetra*, *thymallus*, *Perca*. *Salmo*, *Amia*, & *Acipenſer* grati quidem ſunt ſaporis, & boni nutrimenti, ſed ventriculi robur deſiderant. *Solea*, *Paſſer*, *Rhombus*, & *Halec*, laudabilem habent carnem, & benè nutriunt, ſiccati autem, aut ſale conditi difficilis ſunt coctionis. *Cyprinus*, & *barbus* medio modo ſe habent. *Tinca*, *Leuciſcus*, & *Aſellus* ſunt minùs ſalubres.

Oſtreæ, & *Cochleæ*, difficilius coquuntur, dicuntur quidem venerem excitare; ſed iſtud potius additis aromatibus tribuendum videtur.

Cancri, *Aſtaci*, *Cammari*, difficilis ſunt coctionis, *Ranæ*, ac *teſtudines* carnes præbent teneriores.

POTUS, quem exhibent

Aqua, quæ omnis eſt frigida, & humida. *Fontana* optimæ, quæ pura, ſincera, pellucida, & nullius rei ſaporem, vel odorem habet, levis eſt, quæ citò incaleſcit, & citò refrigeratur. *Fluvialis*, *pluvia*, *putealis*, *ſtagnans*, *paludoſa*, & *nivoſa*, non æquè bona.

Vinum, quod bonum deprehenditur colore, odore, ſapore, ætate. *οἶνος οἰνώδης* magis calidum, & ſiccum; *ὀλιγοφόρος* calidum, & humidum. *Muſtum* nullum bonum.

Cereviſia triticea plus nutrit, ſed obſtructiones parit; *hordacea* benè fermentata, defecata, & ex aquâ laudabili coctâ melioris notæ.

Hydromel ex aquâ, melle, & aromatibus paratum prodeſt frigidioribus. Vinum è pomis, pyris, & cotoneis multis etiam dat potum non inſuavem.

ANIMI PATHEMATA ſuam quoque habent vim in ſanitate conſervandâ. *Εὐθυμία*, animus ſedatus atque tranquillus eſt optimus.

Moderato gaudio nihil ſuavius. Ira, timor, terror, metus, triſtitia malè audiunt.

MOTUS moderatus in tempore inſtitutus membra roborat, calorem auget, excrementa cutis diſcutit. Vehemens nocet Plethoricis, & Cacochymicis.

SOMNUS moderatus vires fatigatas refocillat, ſpiritus reſtaurat, calorem auget, coctionem promovet, animum reddit tranquillum, immoderatas evacuationes, præter ſudorem ſupprimit, infantibus, & ſenibus imprimis largior utilis; immoderatus alios lædit.

ALVI EXCREMENTA & URINA debito tempore evacuanda, ne corpus gravent, & varia ſymptomata excitent. Pertinet huc *Venus* legitima, & moderata.

BALNEA aquæ dulcis temperata poros cutis aperiunt, excrementa in ambitu corporis diſcutiunt, ſiccitatem emendant.

Frigida per ſe refrigerant, ex accidenti, quatenus calor ad interiora repellitur, calefaciunt. Proſunt æſtate in temperaturis calidis.

Nocent Plethoricis, cacochymicis, catarrhoſis, partiumque inflammatione laborantibus.

S

Google

SYNOPSIS METHODI MEDENDI, de quâ notanda.

1. DEFINITIO. Eſt [illegible] auxilia [illegible], ut [illegible] ſanitas reſtauretur.
2. [illegible] tanquam [illegible] ad remedia morborum [illegible].
4. FINIS [illegible] ternus [illegible] depulſio ſeu ſanitatis reſtauratio.
1. [illegible] auxiliorum [illegible] ante per cauſſas cognito.
A. [illegible] Dogmaticus etiam con[illegible] ad
1. [illegible] code [illegible] memoria, & obſervatio.
2. [illegible] affectus, remedia, & membra.
2. [illegible] O [illegible] vel [illegible] 2. Quod ſecundum naturam, conſervan-
dum [illegible] 3. Contraria contrariis [illegible], ſimilia ſimilibus conſervantur. (ptoma [illegible]
[illegible] Præ[illegible], quæ [illegible] Vitalis, quæ vires [illegible], Symptomatis, quæ ſym-
[illegible] dū eſſe, monſtrat.
[illegible] corpore [illegible] 4. [illegible]
[illegible] plura idem indicans, contra [illegible], quæ [illegible] Permittentia,
[illegible] quæ permitten-
[illegible] & Diætâ.
[illegible]
[illegible] morbi, [illegible]
[illegible] per [illegible], & [illegible].

SYNOPSIS INDICATIONIS CURATORIÆ, ET QUIDEM MORBORUM

[illegible] Compoſita
[illegible] Obſervandum [illegible] eſt
[illegible]
[illegible] Aſtringentia [illegible]
In cordis affect. [illegible] aſtringentia, odorata, vel etiam Bezoartica. A nimis cal. & frig. abſti-
In ventriculi affect. [illegible] omnis ſenſim ſit alteranda, & addenda roborantia, & aſtringentia. (nendum.
[illegible]

In hepatis affectibus, quod ea eligenda, quæ cum partium tenuitate aſtringant, & roborent, ut ſunt imprimis amara, & Martialia. A nimis cal. & frig. abſtinendum.
In lienis affectibus, quòd is validiſſima deſideret aperientia. Tùm in lienis, tùm in hepatis affectibus à dulcibus abſtinendum.
In uteri affectibus ab aceto abſtinendum. Acida tamen alia ob vim penetrandi moderatè admiſceri queunt.
In oculi affectibus, ab acribus, niſi unguis id expoſtulet, abſtinendum.

3. *Intemperies cum materia* non ſolùm alterantia; ſed & evacuantia deſiderat.

2. OCCULTARUM QUALITATUM indicant veneni, quod adhuc eſt in ventriculo, per vomitum, & alvum rejectionem; ſi in venoſo genere eſt, per Bezoartica, & quidem cuilibet veneno appropriata, expugnationem.

3. CONFORMATIONIS
- *Numeri*, in
  - *defectu*, pars deficiens, ſi poteſt, reſtituenda; ſi impoſſibile, cura palliativa locum habet. Sic oculus, vel naſus arte fieri, & ſubſtitui poteſt.
  - *exceſſu* ſui remotionē indicat; quod fieri poteſt igne, ferro, vel remediis cauſticis, & conſumentibus.
- *Magnitudinis*, quæ aucta, ut in tumoribus, & excreſcentiis, ſui diminutionem indicat; *diminuta* ſui reſtitutionē renutritione, ac regeneratione in carne &c.
- *Figuræ*, quæ vitiata indicat ſui reductionem ad ſtatum naturalem formatione, atque diligenti cum ferulis ligatione.
- *Meatuum*, ubi
  - *obſtructio* indicat apertionem per incidentia, attenuantia, purgantia, diuret. diaphoret. &c. Aliæ cauſſæ etiam per contraria tollendæ.
  - *apertio* p.n. indicat, iterum claudendum eſſe; ſi eſt externa, ligaturâ, & conglutinantibus; ſi interna aſtringentibus, denſantibus, conſolidantibus, & unientibus.
- *Cavitatum*, quæ clauſæ, apertionem; apertæ p.n. claudendas eſſe indicant.
- *Paſſibilium qualitatum*, ut raræ partes condenſatæ, denſæ, rarefactæ, duræ, molles, & pellucidæ opacæ factæ contrarium indicant.

4. COMPOSITIONIS,
1. *in ſitu*, hic ſi mutatus indicat repoſitionem in locum naturalem. Ita ſi os luxatione ſitum ſuum mutavit, iſtud ad locum ſuum reducendum, ut ex chirurgiâ notum. Si uterus, inteſtinum rectum, vel oculus loco ſuo excidit, ſimiliter repoſitio inſtituenda.
2. *in connexione*, quæ ſi mutata, conjunctionem decentem indicat, poſt quam partes roborandæ, & firmandæ ſunt, ut connexæ maneant.
3. Si verò partes, quæ ſ. n. ſejunctas eſſe decebat, connectuntur, & coaleſcunt p. n. ut lingua ſi firmius ligatur, vel ſi digiti, aut palpebræ coaleſcunt, &c. ſolutionem, aut ſeparationem ſcalpello, filo, aut medicamentis cauſticis & ſepticis indicant.

5. SOLUTÆ UNITATIS, quæ indicat unitionem. Hac autem in re Medicus videat
1. ne quid incidat in partem affectam, quòd conglutinationem impedire queat.
2. ut extrema labia in unitate ſolutâ rectè iterum conjungantur, & conjuncta ſerventur.
3. ut ipſius partis temperamentum ſervetur, & in agglutinatione Naturæ neceſſarium auxilium præſtetur.
4. ut ſymptomata, ut ſunt hæmorrhagiæ, febres & ſimilia, quæ ſupervenire queunt, præcaveantur, & corrigantur.

Nota. Si ſoluta unitas non eſt in eſſe; ſed in fieri, ut plerunque in doloribus, cauſſæ, humores nimirum acres, ſolutionem intendentes, vel etiam flatus, & ſimilia, ſunt ſemovenda.

Google

SYNOPSIS INDICATIONIS PRÆSERVATORIÆ,

quæ reſpicit cauſſas, ut

1. PLETHORAM, in quâ ſanguis peccat quâ[n]titate, qua[]litate, & motu, ac eſt

- *fortis*, quæ indicat venæſectionem, cujus notentur
  - *Uſus*, qui eſt
    - *evacuare*, ſanguinemq́ue quantitate peccantem imminere.
    - *refrigerare*, & quidem per accidens, quatenus enim pars ſanguinis detrahitur, maſſa reſidua nonnihil (refrigeratur.
    - *revellere*, quatenus ſanguis peccat motu, & cum impetu ad partem quandam ruit. Debet autem vena ſecari in parte oppoſitâ, & κατ' ἴξιν vel in longitudine, vel in latitudine, & magis affinitatem habere cum parte mittente, quam cum parte recipiente.
    - *derivare*. Sanguis, qui jam hæret circa partem affectam, nondum tamen eſt extravaſatus, poteſt ad vicinum locum derivari, & hæc vena, quæ derivationis gratiâ ſecatur, debet communionem habere cum parte recipiente. Revulſio autem ſemper derivationem antecedere debet.
  - *Permittentia*, ut vires fortes, ætas juvenilis, media, & ſenectus viridis, conſuetudo, & habitus corporis.
    - *Nota*. 1. Conſideranda etiam ſunt regio, tempus anni, vitæ genus, & ſymptomata concurrentia.
    - 2. Gravidis primis, & ultimis menſibus parciùs, mediis largiùs ſanguis mittendus.
    - 3. Ἀιμοφ[...] ad V.S. non cogendi, ſed auxilium vicarium ſcarificatio in iis eligenda.
  - *Tempus* quod eſt 1. *Morbi*, principium in acutis, dies intermiſſionis in intermittentibus. 2. *Diei*, horâ matutinâ. Si tamen affectus urget, etiam à prandio, imò noctu fieri poteſt.
  - *Locus*. Pro *evacuatione* conveniunt venæ brachii; pro *revulſione*, venæ κατ' ἴξιν καὶ ἀντιθέτως; pro *derivatione* venæ parti affectæ vicinæ.
  - *Modus*. In pede, vel brachio ligatura ſupra venam incidendam inſtituatur; in capite, vel collo infra; & fiat inciſio phlebotomo, vel lancettâ.
  - *Nota*. Quantum ſanguinis emittendū, indicabit ipſa plethora, vires, ætas, morbi conditio, & aliæ circumſtantiæ. Si nihil prohibet, ad [...] emitti poteſt, interdum plus, vel minus. Delectus venarū in brachio nullius eſt uſus.
- *Levis*, quæ indicat ſcarificationem, hirudines, mediam, exercitia, ſudores, frictiones fortes, balnea, promotionem menſium, & hæmorrhoidum. *Nota*. Si ad partem confluit ſanguis, vel in eâ colligitur, locum habent repellentia, intercipientia, diſcutientia, emollientia, & ſuppurantia.

- *Vomitoria*, ſi materia hæret in primis viis, vergit verſus ſuperiora, æger eſt ad vomendum proclivis, & nihil prohibet.
- *Lenientia*, & *emollientia*, ſeu ἐκκοπ[...]κα ſi materia vitioſa hæret in ventriculo, inteſtinis, & primis viis. Clyſteres etiam hîc proſunt.
- *Præparantia*, ſeu [...]
  - *humorē pituitoſum*, qui quùm frigidus, humidus, craſſus, & lentus; calefacientibus, attenuantibus, incidentibus, & detergentibus opus habet.
  - *Bilioſum*, qui ob caliditatē refrigerātibus opus habet. Hic, ſi calor moderatus; ſine præparatione educi poteſt.
  - *melancholicum*, qui moderatè calefac[...]

tia, ſeu *di-geſtiva* — *bilioſum*, qui ob caliditatē refrigerantibus opus habet. Hic, ſi calor moderatus, ſine præparatione educi poteſt [illegible] attenuantibus, incidentibus, & detergenti-
melancholicum, qui moderatē calefacientia, humectantia, & attenuantia deſiderat.
bilem atram, quæ refrigerantia, & humectantia requirit.

2. CACOCHYMIAM, quæ indicat

Notandum, humoribus præparatis corpora ſint εὔροα, & viæ apertæ, per quas educere, & purgare volumus.

Purgantia, quorum notanda

Permittentia, ut ſunt 1. vires adhuc conſtantes, 2. ætas, ubi prima, & ultima mitiora, media fortiora tolerat purgantia. 3. Temperamentum: ubi corpora calidiora, & ſicciora cautius; frigida & humida mediocriter; calida & humida facilius purgationem ferunt. 4. habitus corporis εὔσαρκος facilius, gracilis difficilius fert. 5. Gravidæ à 4. usque ad 7. menſem mediocriter purgandæ, imprimis ſi materia turgeat. 6. Nutrici purgans dandum, ſi infans purgandus.

Differentia, ubi alia ſunt *mitiora*, alia *media*, alia *fortiora*. Item alia purgant *bilem*, alia *pituitam*, alia *humorem melancholicum*, alia *ſeroſum humorem*, *alia mixtos humores.*

Tempus. Si morbo nulla conjuncta febris, quovis tempore purgans dari poteſt. *In febre ardente* autem poteſt dari, vel *in principio*, ſi materia turget; vel *poſt ſtatum*, quando cocta; ſi tamen criſis ſufficiens ſperanda, purgante non opus. *In intermittentibus* eligatur dies ἀπυρεξίας. Fiat manè jejunio ventriculo.

Quantitas. Humorum vitium magnum, majorem doſin poſtulat; minus minorem. Videndum tamen ad temperamentum, ætatem, ſexum, conſuetudinem, vires, quæ ſi non firmæ, præſtat per ἐπίκρασιν & ſæpiùs leniter, quam ſemel fortiter purgare. *Sitis* eſt ſignum perfectæ purgationis.

Nota. Hypercatharſis ſedatur ſomno, aq. cinam. theriaca, & aſtringentibus.

Modus: poſſunt dari in formâ pulveris, pilularum, infuſo, decocto, conſervâ, bolo. Vel adhibeatur clyſter, emplaſtra, unguenta pro ratione morbi, aut ægroti. *Nota.* Mitiora purgantia poſſunt cibis admiſceri, non fortiora. A fortiore purgante ſomnus convenit modicus, à mitiore non. A ſumpto purgante cavendum, ne corpus refrigeretur.

Sudorifera quæ locum habent
- *in principio morbi* in peſte, febribus malignis, ardentibus, variolis, morbillis, & ſimilibus. Sint autem Bezoartica.
- *in intermittentibus*, & ſint alia convenientia.
- *in morbi declinatione*, & peracta purgatione per alvum, ut in catarrhis, paralyſi, dolore iſchiadico, arthritide, ſcorbuto, ſcabie, lue venereâ &c.

Diuretica, ubi vitium in hepate, liene, & maſſâ ſanguineâ. Conveniunt præmiſſis digeſtivis, purgantibus, & ſudoriferis in affectu hypochondriaco, ſcorbuto, arthritide, hydrope, obſtructionibus viſcerum, renum, & veſicæ affectibus &c.

Particulares evacuationes. Sic cerebrum poteſt evacuari per errhina, ſternutatoria, maſticatoria; pulmones per expectorantia βηχικά; ventriculus per vomitoria; inteſtina per glandes, clyſteres, & emollientia; uterus per peſſaria, & clyſteres uterinos.

Nota. Si humores vitioſi in parte quadam hærent, ii ſunt diſcutiendi, reſolvendi, interdum reſolvendi, & ſuppurandi.

V

SYNOPSIS INDICATIONIS VITALIS, quæ vires conſervat, & reſtaurat, & fit.

1\. MEDICAMENTIS [illegible] bra, margaritæ, [illegible], [illegible] Alke[illegible]mes, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

2\. DIÆTA, quum [illegible] — *adhibentur* [illegible] Tal[illegible] [illegible] [illegible], ætas media, [illegible] [illegible] pane in vino [illegible], & [illegible] [illegible] Panes [illegible] [illegible] & [illegible]ia &c. — *prohibentur* [illegible] proſtratæ. [illegible]

Nota. [illegible]

3\. AERE, [illegible]

4\. SOMNO [illegible] vel [illegible], vel [illegible]

5\. MOTU [illegible] qui quietem [illegible]

6\. [illegible]

7\. ANIMI PATHEMATIS [illegible]

INDICATIO SYMPTOMATIS URGENTIS

I[illegible] [illegible]

1\. D[illegible] [illegible] p[illegible] [illegible]ia [illegible] chamæmelum, m[illegible] [illegible] [illegible] camphor. oleum amygdalarum dulcium, lac tepidum, balneum &c.

2\. *Narcotica*, quæ ſpiritus [illegible], ſimulque ſomnum inducunt, & faciunt, ne dolor percipiatur, ut ſunt laudanum [illegible] [illegible] & [illegible]

1. *Narcotica*, quæ ſpiritus ſopiunt, [illegible]
opiatum, ſulphur Narcoticum vitrioli, & ſimilia.

2. VIGILIÆ NIMIÆ, quæ ſomnum indicant, qui conciliatur
- 1. ſi removentur ea, quæ ſenſus excitare valent, ut ſunt dolor, varia objecta externa, & ſimilia.
- 2. ſi à ſenſuum externorum actionibus animus revocatur, & ſpiritus animales ad placidam quietem invitantur.
- 3. ſi removentur, quæ calidos, & ſiccos vapores excitant, & dantur, quæ ſuaviores faciunt.
- 4. ſi Narcotica, ſeu hypnotica externè, vel internè adhibentur.

3. SITIS INTOLERABILIS, qui indicat frigida, & humectantia. Ne tamen nimio potu lædatur ventriculus, moderatè aſtringentia admiſcenda, ut ſp. ⊕ benè rectificatus, ⊕ δtis, ♁ vel ſimiles, imprimis in febribus. Vel dentur ea, quæ in ſpecie ſitim extinguunt, ut ſpir. ⊖ in hydrope. Prodeſt etiam Lapis Prunellæ, tinctura roſarum, violarum, cum aq. acetoſæ, roſarum, & ſp. ⊕ parata.

4. FLUXUS ALVI ſi diutius durat, & vires proſternit, ſui quoque ablationem indicat. Poteſt hoc fieri, ſi primò moderatè purgantia dentur, ut materia peccans, & ſtimulans educatur; & deinde aſtringentia, & roborantia ſubjungantur. Rhabarbarum in ſubſtantiâ datum non ſolummodo laxat, ſed & aſtringit, & ventriculum roborat, & convenientiſſimum eſt in tali caſu, poſtea dari poſſunt Cornu cervi calcinatum, ſpodium, terra ſigillata, bolus armena, crocus Martis aſtringens, ſpir. vitrioli, & ſimilia. Externa etiam locum habent.

Nota. 1. Si fluxus alvi horum remediorum virtutem eludat, opiata ſunt eligenda.

2. Conſiderandum etiam eſt, an fluxus alvi fiat criticè, & à materiâ turgente: in tali enim caſu non temerè ſiſtendus.

5. VOMITIONES Symptomaticæ, quæ ſiſtuntur, 1. *vomitoriis mitioribus* aſſumptis, ut materia ſtimulans evacuetur. 2. *ventriculum roborantibus* internis, & externis. In febribus prodeſt ſpir. vitrioli, in juſculo calido. Si morbus ſine febre, prodeſt aqua cinamomi cum ſucco cydon. deſtillata. 3. *Anodynis*, & dolorem ventriculi mitigantibus.

6. SANGUIS profluens ſanguinem ſiſtentia indicat. Fit hoc 1. prohibendo, ne ſanguis ad locum, è quo exit, confluat, ubi proſunt revulſio, & derivatio, aſtringentia, & ſpecifica virtute ſanguinem ſiſtentia. 2. Vaſa claudantur, ne ſanguinem dimittant. Proſunt hic repellentia, refrigerantia, aſtringentia &c,

7. LIPOTHYMIÆ, quæ indicant ſpiritus reficientia. Si morbus ſine febre, juvant vinum generoſum, ſpir. lil. convallium, cinam. aq. apoplect. Fœminis prodeſt ſp. caſtorei, & zedoariæ. In febribus locum habent frictiones extremorum ſpir. apoplectici exterius adhibiti; interius Tinctura roſarum cum magiſt. perl. corall. ambra in brodio Gallinæ, vel ſimilia.

Nunc ſequitur auxiliorum materia, ut Chirurgia, & ipſa medicamenta.

Google

SYNOPSIS CHIRURGIÆ,
De quâ notanda.

1.QUID SIT? Eſt ars, quâ manuum operâ affectibus p. n. cùm externis, tùm internis, ad quos quidem manus, & inſtrumenta penetrare queunt, medemur. (eſſe noræ.

2.SUBJECTUM, quod eſt corpus humanum, cujus ſingularum partium figuræ, ſitus, & connexiones exactiſſimè debent ex Anatomiâ

3.INSTRUMENTA, quæ ſunt varia ad varias operationes. Communiſſima ſunt novacula, lanceola, forfex, volſella, cannulæ, ferramenta ſolida, & incidentia pro excitandis fonticulis, ſpecilli varii, ſtyli, acus varii pro conſuenda cute diviſâ, ſetaceo, cataractâ ſanandâ, & aliis uſibus; fila ad varios uſus, unci, canaliculi forati, hamuli, habena, panni, panniculi lintei, lintea concerpta, ſpongia, candelæ cereæ ad carunculas in meatu urinario enatas, catheter, culter raſorius, culter falcatus, cauteria, circuli uterini, oris dilatatorium, denti ſcalpia, dioptra ani, matricis, enterenchyta, faſcia umbilicalis, uteri, & ad alios uſus, forcipes varii, ad inurendum ſetaceum, ad dentes eximendos &c. roſtra varia, ſerrulæ, ſyringotomi, ſcalpelli, ſiphones, ſpeculum ani, matricis, ſcala, trypanum, vectis, &c.

4.LOCUS, qui ad operationes ſit accommodus, temperatus, aërem externum non admittens, & ſatis luminoſus.

1. *ſyntheſi*
   - *in genere*
     - *faſciatione*, cujus uſus eſt 1. partes disjunctas adducere. 2. dilatatas contrahere. 3. diſtorta dirigere. 4. membrum conformatum, & partes conjunctas continere. 5. humorem influentem repellere, aut qui influxit, exprimere, vel 6. ſanguinem ad partes extenuatas compellere.
     - *Spleniis*, plumaceolis ſeu pulvillis, ut partes concavæ repleantur, & deligatio firmetur.
     - *Ferulis*, quæ oſſibus fractis, & luxatis, poſtquam reſtituta ſunt, adaptantur, ut adducta, & conjuncta maneant.
     - *Laqueis*, quibus fracta, vel luxata oſſa extenduntur, & reponuntur, vel etiam vaſorum capita, è quibus ſanguis effluit, arctè ligantur, parteſque, ut ſuo loco maneant, fortiter vinciuntur.
     - *Membri* deligati aptâ collocatione, quæ ita comparata ſit, ut naturalem figuram conſervet.
   - *in ſpecie*
     - *Oſſium*
       - *fractorum*, quæ fit καταστάσει *extenſione*; διορθώσει *conformatione* decenti, quâ particulæ fractæ iterum in ſuum locum reponuntur, & *deligatione*, ut repoſitæ partes maneant.
       - *luxatorum*, quæ fit *extenſione* manu chirurgi, habenis, vel laqueis; *repoſitione*; *deligatione*; repoſiti membri *confirmatione*; & rectâ *collocatione*.
     - *Partium carnoſarum*
       - *loco ſuo motarum*, quæ fit repoſitione, ut omentum, inteſtina in herniis, vel vulneribus inteſtinum (rectum, uterus &c.
       - *leviter vulneratarum*, quæ fit labiorum conjunctione per emplaſtra, & faſcias.
       - *gravius vulneratarum*, quæ fit ſuturâ.
2. διορθώσει ſeu *compreſſorum*, & *diſtortorum oſſium* ...
   - *cranii*, quod in pueris reducitur vel cucurbitula cum multâ flammâ appoſitâ, vel cucurbitâ corneâ adhibitâ, ex quâ vir robuſtus aërem exſugit, vel emplaſtro, quod ſæpiùs attollendum: in adultis adhibetur terebra elevatoria.
   - *oſſium narium*, quæ fit digito vel ſpecillo intra nares immiſſo.

5. OPERATIONES, quæ fiunt

- *[di]ſtortorum, contortorum oſſium correctione*; ut
  - *oſſium narium*, quæ fit digito vel ſpecilio intra narem immiſſo.
  - *contractorum membrorum*, quæ emollienda, & deinde leviter flectenda vel manu, vel inſtrumentis.
  - *contortorum crurum*, & *brachiorum* in pueris, quæ fit manibus, faſciis, ſeu inſtrumentis, imprimis ocreis à *Paræo* (depictis. (vatoriâ.
- 3. *διαιρέσει*, *partium conjunctarum*, ſeu *continuarū diviſione*, quæ fit
  - *ſectione*
    - *venarum* ſanguinis emittendi gratia, ubi vena verſus ſuam radicem liganda, & ſcalpello, ſeu lanceola aperienda.
    - *arteriarum* minorum in capite, manibus, & pedibus; quarum ſectio eſt eadem, ſed obturatio diverſa, nim. emplaſtrum de aloë, pilis leporinis, thure, albumine ovi, & ſimilibus imponendum, & lamina plumbea ſuperliganda.
    - *abſceſſuum*, & *vomicarum* ad pus evacuandum.
    - *ganglii*, & *nodorum*, quorum tunicæ, quibus involvuntur, ſimul eruendæ, vel cauſticis conſumendæ.
    - *fiſtularum*, quæ peuliari inſtrumento, *συριγγοτόμῳ* aperiendæ.
    - *partium p.n. conjunctarum*, ut vinculi linguæ, auris occluſæ, ani clauſi, pudendi muliebris clauſi, præputii nimis ſtricti, glandis non perforati, digitorum, & palpebrarum cohærentium.
    - *in ſcarificatione*, quæ ſcalpello, ſeu phlebotomo peragitur.
    - *in ἀγγειολογίᾳ*, quando vaſa in fronte, vel temporibus in hemicraniâ, & ophthalmiâ inveteratâ diſſecantur.
    - *varicum*, & *ἀνευρίσματος*, ſi quidem ſint exigua.
    - *abdominis* in hydrope, quæ vocatur *παρακέντησις*: item *ſcroti*, *cutis capitis* in hydrocephalo; *thoracis* in empyemate.
      Nota, pertinent huc oculi punctio in ſuffuſione, laryngotomia, ſetaceum, hirudines.
    - *Oſſium*, quæ fit raſione, limatione, trepanatione, & ſerratione.
  - *uſtione*, quæ fit cauterio actuali, vel potentiali in fonticulis, & ſetaceis excitandis, & interdum poſt fiſtularum, cancri, & ſimilium ſectionem ad hæmorrhagias ſiſtendas.
- 4. *ἐξαιρέσει* *extractione*, vel *exciſione*
  - *rerum extra in corpus miſſarum*, ut ſunt tela, globuli ſclopetarii, item, quæ in fauces, aures, vel oculos incidunt.
  - *rerum naturalium* p.n. retentarū, ut fætûs vivi, vel mortui, molæ, ſecundinarum, & urinæ. (ceło vel cancro prehenſarum.
  - *partium corruptarum*, ut uvulæ corruptæ, penis, & uteri putridi, oſſium corruptorū, dentium carioſorum, partium ſphacelo vel cancro prehenſarum.
  - *rerum p.n. in corpore genitarum*, ut ſunt verrucæ, acrochordones, condylomata, excreſcentiæ in ano, glande, vulva, calli, clavi, nodi, ſtrumæ, ſarcomata narium, & polypus, epulis in gingivis, caruncula in meatu urinario, fungi, hernia carnoſa, item aqua in herniâ aquoſâ, aſcite, calculi in renibus, veſicâ, tophi in dentibus.
- 5. *Partium amiſſarum reſtitutione*, ut naſi, aurium, labiorum, quod fit arte factis. Naſus tamen, & labia per traducem è carne videlicet vivente alterius reſtitui poſſunt. Vide *Taliacotium l. de curtorum chirurgiâ.*

Nota. Ipſe Chirurgus, docente *Celſo in Proœm. l. 7.* debet eſſe adoleſcens, aut adoleſcentiæ propior, manu ſtrenuâ, ſtabili, eaque non minùs ſiniſtrâ, quam dextra promptus; acie oculorum acri, animo intrepidus, immiſericors, qui ægroti vagitibus non moveatur.

SYNOPSIS VIRIUM MEDICAMENTORUM
RATIONE QUALITATUM MANIFESTARUM,
De quibus notandum

1. QUID SIT MEDICAMENTUM? Eſt omne id, quod ἀλλοιωτικὸν τῆς φύσεως, ſeu corpus noſtrum alterare, vel ad ſtatum naturalem reducere poteſt.

2. QUOTUPLEX SIT? Nimirum aliud eſt, 1. *ſimplex* è plantis, animalibus, mineralibus, marinis; aliud *compoſitum*.

2. *aliud manifeſtis qualitatibus, primis, vel ſecundis agit*, & calefacit, vel refrigerat, humectat, vel exſiccat, emollit, vel indurat, condenſat, aſtringit, & coagulat; reſolvit, attenuat, aperit, vel incraſſat; attrahit, vel repellit; rubefacit, veſicam excitat, adurit, corrodit, pilos extirpat; vulnera reſpicit, & maturat, pus, carnem, & callum generat, ambuſtis medetur.

3. *aliud vel ſolùm occultis qualitatibus, vel ſimul occultis, & manifeſtis agit*, & hinc vel certam partem reſpicit, eam alterat, aperit, roborat; vel certum humorem expurgat κάτω, vel ἄνω: vel venenis reſiſtit, & ſudorem movet; flatus diſcutit; vermes necat, calculos frangit, expellit, & urinam movet; menſes promovet; ſecundinas, & fœtum mortuum expellit; lac auget, vel conſumit; ſemen auget, vel conſumit; dolorem ſedat, ſomnum inducit, ſputum promovet, vel eſt ἔῤῥινον, ſternutatorium, ἀποφλεγματίζον.

MANIFESTIS, ET PRIMIS QUALITATIBUS AGENTIA MEDICAMENTA SUNT

TEMPERATA *Radices* aſparagi, eryngii, glycyrrhizæ, graminis; *Folia* adianthi; *Flores* violarum, roſarum; item caſſiia fiſtularis, dactyli, ficus recentes, nuclei pini, ſebeſten, uvæ maturæ, oleum olivarum, amygdalarum dulcium, gummi elemi, tragacanthum, ſevum vitulinum, caprinum, pinguedo ſuilla, cera.

CALIDA IN PRIMO GRADU *Radices* althææ, aſparagi, borraginis, brancæ urſinæ, bugloſſæ, chinæ, filicis, mechoacannæ, paſtinacæ ſativæ, ſarſaparillæ, ſatyrii, ſcorzoneræ, tuſſilaginis.

Folia: althæa, beta, borrago, braſſica, branca urſina, bugloſſum, chamæmelum, cuſcuta, hepatica nobilis, eupatorium, fumaria, galega, linaria, malva, malabathrum, melilotus, mercurialis, oculi populi, ſcolopendrium, Spica Celtica, Indica, ſymphytum, tuſſilago.

Flores acaciæ, betonicæ, borrag. bugloſſ. chamæm. malvæ, meliloti, primulæ veris, ſambuci, tiliæ, tuſſilaginis, verbaſci.

Fructus, jujubæ, nuces juglandes virides, mora matura, poma dulcia;

Semina, alth. carthami, ciceres, hordei, tritici, lini, malvæ, oryzæ, fœnugræni, ſeſami, lupini.

Cortices gvajaci, tamariſci, item ſaccharum, bdellium, ladanum, ſevum capreoli, damæ, cervi, butyrum recens.

CALIDA IN SECUNDO GRADU. *Radices* angel. apii, ariſtoloch. bryon. caryophyllatæ, contrayervæ, curcumæ, cyperi, ebuli, fœniculi, fraxinellæ, gialapii, helenii, hermodactyli, iridis, napi, pæoniæ, petaſit. petroſel. pæoniæ, polypod. rhabarb. rhapont. veri, rubiæ tinct. ruſci, ſcyllæ, valerianæ, zedoar, & his ſimiles.

Folia harum radicum, item agerati abſinthii, anagallid. artemiſiæ, baſilici, beton. botryos, carduiben. Mariæ, chamædr. chamæpityos, cochlear. ebuli, euphraſ. gratiolæ, marrubii, meliſſæ, myrrhidos, nicotianæ, petroſel. pimpinellæ, polii, roſmarin. ...

Folia harum radicum, item agerati abſinthii, anagallid. artemiſiæ, baſilici, beton. botryos, carduiben. Mariæ, chamædr. chamæpityos, cochlear. ebuli, euphraſ. gratiolæ, marrubii, meliſſæ, myrrhidos, nicotianæ, petroſel. pimpinellæ, polii, roſmarin. rorellæ, ſalviæ, ſaniculæ, ſcordii, tanaceti, veronicæ, &c. (Arab. tunicis, &c.

Flores harum plantarum, item amomi, anethi, aquileg. calendulæ, cheiri, croci, hyperici, lavendulæ, lil. convall. lupuli, ſchænanthi, ſtæch.

Semina anethi, apii, orobi, erucæ, urticæ, amygdal. amaræ, baccæ Juniperi. *Cortices* aurant. frangulæ, caſſia lignea, cinam. *Lignum* aloës, ebenum, ſaſſafras, aloes, ambra, ammoniacum, bdellium, balſamum de Peru, camphora, galbanum, lacca, ladanum, liquida mbra, maſtiche, myrrha, pix, ſarcocolla, ſtorax, ſuccinum, terebinthina, vinum dulce, adeps leonina, pardi, urſina, vulpina &c.

CALIDA IN TERTIO GRADU. *Radices*, aſari, calami aromat. aſphodelis carlinæ, chelidon. maj. cyclam. dyctamni, doronici, eſulæ, filipendulæ, galangæ, gentianæ, hellebori, imperator. leviſtici, meu, olſnitii, peucedani. raphani domeſt. & ruſticani, ſaxifragiæ.

Folia abrotani, agni caſti, calaminthæ, centaur. min. conyzæ, epithymi, eriſymi, hyſſopi, jaceæ, lauri, majoran. matricar. menthæ, mentaſtri nepetæ, naſturt. origani, perſicar. ptarmicæ, pulegii, rutæ, ſabinæ, ſaturejæ, ſerpilli, verbenæ, urticæ viridia.

Flores agni caſti, capparum, centaurii min. epithymi, jaceæ, lavendulæ, periclymeni, ptarmicæ, ſaxifragiæ, ſpicæ. *Semina*, baccæ, fructus, ammios, amomi, angelicæ, aniſi, apii, carvi, cardamomi, cataputiæ, coriandri, cumini, erucæ, fæniculi, leviſtici, majoranæ, napi, nigellæ, paſtinacæ ſylveſtris, petroſel. montani, & Macedon. pimpinellæ, ricini, rutæ, ſaxifragiæ, ſeſelios Maſſilienſ. ſileris montan. ſtaphid. agriæ, viticis, baccæ lauri, carpobalſamum, caryophylli, colocynthis, piper omne, macis. *Cortices*, coſtus Arab. eſulæ, ſambuci, turpethum.

Ligna, Gvajacum. Juniperinum. *Gummi, lacryma, bitumina, ſucci:* aſa dulcis, fætida, carannæ, elaterium, opopanax, pix, piſſaphaltos, ſagapenum, ſcammonium, tacamahaca, vina generoſa, item caſtoreum. *Mineralia*, ○, ⊕, ⊖, ⦶, ⊕, ♀; etiam ſalia plerarumque plantarum.

CALIDA IN QUARTO GR. *Mineralia*, ut ⚯, ſandaracha, ☿, ⚯, miſy, ſory, melantheria. *Rad.* acori, ari, allii, cæpe, pyrethrum, porrum capitatum, ranunculus. *Folia*, Flammula Jovis, lepidium, ſtruthium, thapſia, tithymallus. *Semina*, naſturtii, ſinapi, euphorbium.

FRIGIDA IN PRIMO GR. atriplex, parietaria, caro citri, mala cydon. poma, pyra & pruna acida, agreſta. *Flores*, fabarum, ſerum lactis, corallia, perlæ, terræ, lapides pretioſi, ſpir. ⦶ ⊕ ⊖ &c. (nymph. cucurbita, cucumis, pepones, perſica, lignum Santali rubri.

FRIGIDA IN
- SECUNDO GR. *Folia*, bliti, chondrillæ, lactucæ, portulacæ, lens paluſtris, acetoſa, plantago, ſolanum. *Flores*, anemone,
- TERTIO GR. mandragora, ſempervivum, hyoſcyam. poma amoris, ſem. cicutæ, papaveris, ſuccus hypociſtidis.
- QUARTO. *Folia* cicutæ, papaveris, papav. errat. fructus ſtrammoneæ. (item jujubæ, amygdalæ dulces, oleum olivarum &c.

HUMIDA IN
- PRIMO GR. *Rad* glycyrrh. recent. malvæ paſtinac. ſalivæ, ſatyrii, ſcorzon. ſymphyti maj. *Flores*, bugloſſ. malvæ, intybi,
- SECUNDO, atriplex, nymphæa, blitũ, lactuca, lens paluſtris, portulaca, cucurbita, melones, pepones, poma perſica, pruna,

SICCA IN
- PRIMO GRADU, *Radices*, eryngii, fæniculi, bryoniæ. *Folia*, chamæmeli, fænic. meliſſ. &c. *Flor.* roſar. rubr. &c. (uvæ maturæ,
- SECUNDO. *Radices, Folia, & Flores* calefacientes in ſecundo gradu.
- TERTIO GRADU, quæ calida in tertio gradu.
- QUARTO GRADU, quæ calida in eodem gradu.

SYNOPSIS VIRIUM MEDICAMENTORUM RATIONE SECUNDARUM ET TERTIARUM QUALITATUM.

Qualia ſunt.

EMOLLI[illegible]NTIA *μαλακτικά*, quæ id, quod [illegible]on[illegible]retum eſt, fundunt, ſuntque nec valdè calida, nec valdè ſicca, ſed nonnihil humida, ut
Radices a[illegible]hææ [illegible], l[illegible]iorum alborum, mal[illegible]æ.
F[illegible]a al[illegible]ææ, a[illegible], b[illegible]cæ urſinæ, bugloſſi, liliorum alborum, malvæ, meliloti, mercurialis, verbaſci.
Flores chamæ[illegible], croci eb[illegible], fl. albor. mal[illegible]æ, mel[illegible], [illegible], ve[illegible]ci. *Semina* alth. fænugr. lini, malvæ, ſeſami, tritici.
Fructus, caricæ pingues, paſſulæ major, ſebeſten. Item reſinæ, bdellium, ammoniacum, ſtorax liquida, ladanum, galbanum, cera, pix, butyrum recens, oleum ſimplex, pinguedines gallinæ, ſuilla, v[illegible]ina, hædina, anſeris, ſevum vervecinum, & ſimilia. (la, ſedum majus.
INDURANTIA, [illegible], & CONDENSANTIA quæ ſunt frig. & hum. ut ſempervivum, portulaca, pſyllium, lenticula paluſtris, lenticu-
ASTRINGENTIA, [illegible]. *Rad.* b[illegible]ſtæ, ca[illegible]phy[illegible]atæ, filipendulæ, nymphææ, pentaph[illegible], plantag. rhabarb. toſti, ſanguiſorbæ, torment.
3. USUS, qui eſt 1. ut medicamentum ægroto fiat gratius, vel 2. ut vires medicamenti fiant præſtantiores, 3. ut, ſi opus ſit, medicamentum (corrigatur. 4. ut à corruptione præſervetur. 5. ut diverſæ, vel etiam contrariæ vires ſeparetur. 6. ut pluribus ſcopis inſervire queat.

4. REQUISITA, quæ ſunt in compoſitione:
- 1 baſis:
  - *ſimplex*, quæ uni indicationi ſatisfacit, vel uno, vel pluribus medicamentis.
  - *compoſita*, quæ pluribus indicationibus ſatisfacit.
- 2. juvans, quod baſeos vires auget. 3. corrigens, quod vehementiam, vel qualitatem noxiam mitigat.
- 4. dirigens, quod vires medicamenti ad partem affectam dirigit.
- 5. à corruptione præſervans, quod fit admixtione mellis, ſacchari, ⊖lis, olei, aceti &c. vel partium corruptibilium (ſeparatione, & utilium inſpiſſatione.

5. DISTRIBUTIO medicamentorum:
- *Siccorum*,
  - 1. *numero*, ut fructus, legumina, item ſemina & folia majora;
  - 2. *acervo*, ut *pugillo*, quantum digitis extremis in floribus vel ſimilibus; *manipulo*, quantum totâ manu in fol: flor: hordeo, quibusdam ſeminibus, ſale &c. *faſciculo*, quantum plicatis brachiis, comprehendi poteſt.
  - 3. *pondere*, ut grano, gr. ſcrupulo ℈j. qui continet gr. xx. drachma ʒj. quæ continet tres ſcrupulos, uncia ℥j. drachmas viij. comprehendente; librâ medicâ continente ℥xij. *Nota*, interdum utimur libra communi ad ℥xvj.
- *Liquidorum*,
  - 1. *guttulâ*, in oleis, ſpir. mineralibus, eſſentiis, Tincturis &c.
  - 2. *cochleari*, quod minimum eſt ad ʒſ. parvum ad ʒj. magnum ad ʒiſ. maximum ad ℥ſ.
  - 3. *cyatho* ℥iij. capiente. *Nota*, moderno die liquida plerumque etiam æſtimantur pondere, ut librâ, (unciis, vel drachmis.

6. DOSIS:
- *In infuſo*, vel decocto alterante Radicum ℥ij. vel iij. Fol. m. ij. vel iij. flor. p. j. vel ij. arom. ad ʒſ. vel ʒj. vel ʒij.
- *Purgantium mitiorum* ab ℥ſ. ad ℥j ij. i j. vel iv. *mediocrium* à ʒſ. ad j. vel ij. *fortiorum* mineral. ad gr. v. vel vj. vegetab. à ℈ſ. ad ℈j. paucorum ad ʒj. *Nota, in infuſo* omnia dantur in duplâ doſi, *in extracto* in dimidiâ. *Pilulæ communes* dantur ad ʒj. ſed de *extractis* à ℈ſ. ad ℈j. *Clyſteres* ad ℔j. præter additamenta.
- *Potionum*, aquarum deſtillatarum, infuſorum, decoctorum ad ℥iij. vel iv.
- *Sirupi*, ad ℥ij. iij. vel iv. *Conſervæ* ad ʒvj. vel ℥j. *Spirituum vegetabil.* ad cochl. j. vel ij. *mineral. Tinct. eſſentiar. Elixiriorum* (ad gutt. v. vj. vel x. Tinctura tamen ♁ etiam datur ad g. xx. vel xxx. *olea expreſſa* ad cochl. j. vel ij. *deſtillata* ad g. iij. iv. v. vel vj.
- ⊖*lia* ad ℈j. vel ʒſ. *Bezoartica min* ad ℈ſ. vel g. xiij. *Spiritus diaphoret.* C. C. m. ſ. &c. ad ʒſ.

7. OPERA-
- *Differentias*, quæ fiunt pulveriſatione, triturâ, raſione, lævigatione, limaturâ, liquefactione, deliquio, cribratione, lotione, conditurâ, confectione, Infuſione, coctione, deſpumatione, expreſſione, colatione, filtratione, Infuſione, digeſtione, circulatione, putrefactione, fermentatione.
- Deſtillatione per veſicam, alembicum, retortam, phiolam. Pertinet huc cohobatio, & Pellicanatio.
- Sublimatione, ſolutione, præcipitatione, evaporatione, exhalatione, exſiccatione, coagulatione, calcinatione, fixa-
- Extractione [illegible]

… C. C. m. 1. &c. ad 31.

7. OPERATIONES in præparando, & componendo, quarum nota

- *Differentias*, quæ fiunt pulveriſatione, triturâ, raſione, lævigatione, limaturâ, liquefactione, deliquio, cribratione, lotione, conditurâ, confectione, Infuſione, coctione, deſpumatione, expreſſione, colatione, filtratione, Infuſione, digeſtione, circulatione, putrefactione, fermentatione.
  - Deſtillatione per veſicam, alembicum, retortam, phiolam. Pertinet huc cohobatio, & Pellicanatio.
  - Sublimatione, ſolutione, præcipitatione, evaporatione, exhalatione, exſiccatione, coagulatione, calcinatione, fixatione.
  - Extractione, fuſione, cœmentatione.
- *res operationibus inſervientes*,
  - *communes*, ut
    - *ignis*
      - *ſolaris*.
      - *artificialis*, & quidem
        - flammâ apertâ.
        - flammâ ſuppreſſâ per gradus in balneo, catino ſicco, veſicâ, cineribus, arenâ &c.
        - fimo equino, vinaceis.
    - aër, aqua, terræ, ut argilla, bolus, terra ſigillata, alumen uſtum, cineres, arena, lateres, chalybs, pumex &c. item menſtrua, carbones, ligna.
  - *Inſtrumenta*, ad
    - *fornacum ſtructuram*, ut craticula, catini ferrei, vel figulini.
    - *digeſtionem*, ut Pelicanus, phiola, ovum Philoſophicum, alembicus cœcus, diota.
    - *deſtillationem*, ut veſica, cucurbitæ, alembici, Retortæ, Receptacula, phiolæ, campana.
    - *fuſionem*, ut crucibulum, pyramis ferrea.
    - *ſeparationem*, ut infundibulum, ſeparatorium, ſeu tritorium, pannus, charta bibula.
    - *metallorum depurationem*, ut tegula fornicata, pyxis cæmentatoria, teſta depuratoria.
    - *varios uſus*, ut concha, baculus ferreus, ſpatula, forceps, forfex, rutabulum, cochleare, circulus ferreus, mortarium, marmor, prelum, tabula ferrea, ahenum, olla, ampullæ vitreæ, & figulinæ, capſulæ, colatorium, manica Hippocratis, malleus, ſerra, ſecuris, ſetaceum, lima, urcei, excutia &c.
  - *fornaces*, ut
    - *Veſicatoria* cum refrigeratorio
    - *Catinorum*, ad balneū maris, & vaporoſum, cineres, arenam, limaturâ chalybis, ſiccam deſtillationem.
    - *cum cameris*, in quâ diverſæ cameræ pro diverſis caloris gradibus ſunt constructæ.
    - *Deſcenſoria*, in quâ res per deſcenſum deſtillantur.
    - *Ad latus*, in quâ per Retortam fit deſtillatio.
    - *Anemia* ſine folle, cum folle, ut & aliis modis.
    - *Reverberii*, in quâ flamma repercutitur, & res calcinandas lambit.
    - *Docimaſtica*, quæ ad probanda metalla adhibetur.
    - *Athanor* eſt fornax tecta, in quâ calore vaporoſo elaboratur Philoſophorum lapis. Videatur (*Libavius*.
    - *Acedia*, ſive piger Heinricus, in quâ ad aliquot dies ignis conſervari poteſt.
    - *Novæ inventionis* pro ſpiritibus mineralibus ſine Retorta deſtillandis. Videatur *Schröderus in Pharmac. l. 1. cap. 20.*

Digitized by Google

SYNOPSIS MEDICAMENTORUM, quatenus dividuntur ratione propriarum formularum, & ſunt

1. ACETA, quæ fiunt 1. *Infuſione, & Inſolatione,* ut acetum anthoſatum, roſarum rubrarum, rutaceum, ſcordii, flor. ſambuci, &c.
2. *Deſtillatione,* quod fit cum Bezoarticis, caſtoreo, & ſimilibus.

Nota 1. *Acetum* è vino factum, non aliud eligendum.
2. *Aceta* per infuſionem paranda commodiùs prius cum re infuſâ deſtillantur, & deſtillatum deinde cum recenti materiâ infunditur; ſic enim feces ſeparantur.

2. AQUÆ, quarum eſt 1. *Præparatio* 1. *per ſe,* ſi odorifera in balneo ſine addito liquore deſtillatur; 2. *per veſicam,* vel *cucurbitam,* quando planta, radix, flores, vel ſemina contunduntur, affuſâ aquâ fermentantur ac deſtillantur.
2. *Materia* 1. *è vegetabilibus* ſunt radices, fol. flor. ſem. fructus, aromata, ligna, cortices.
2. *ex animalibus,* vel integra animalia, ut pulli hirund. picarum, mures, catuli, cochleæ, lumbrici, formicæ, vel eorum partes, ut cerebrum, ſanguis, viſcera, cornua teneriora, ſtercus.
3. *Differentia* ratione 1. *compoſitionis,* ubi alia ſimplex, alia compoſita; 2. *virium,* ubi alia Cephalica, cordialis, hepatica, ſplenetica &c.

Nota. 1. Aromata, ac plantæ aromaticæ ferè meliorem præbent aquam, ſi ſiccæ infundantur, ac deſtillentur.
2. Quidam ſuccos fructuum, vel plantarum expreſſos fermentant, ac deſtillant.
3. Interdum loco aquæ vinum, vel ſuccus cotoneorum ſumitur.
4. Aquæ fermentatione paratæ omnes ſunt calidæ, diverſo tamen gradu.
5. Aquæ, ex animalibus integris quæ deſtillantur, ex vivis parentur, ita ut in vino, vel aquâ ſuffocentur.

3. AURES in doloribus, inflammatione, ulceribus, ſibilo, tinnitu, & ſurditate peculiaria habent remedia, qualia ſunt
1. *Liquida,* quæ inſtillantur, ut lac muliebre, & aqua murium recens natorũ in intemperie calidâ, ſel perdicũ in ſurditate, aquâ acoviſtica Mindereri &c.
2. *Vapor,* qui è decoctis, vel liquore conveniente per infundibulum excipitur, ut vapor è decocto rutæ in ſurditate.
3. *Simplicia* ſacculo incluſa in liquore cocta, & auribus impoſita.
4. *Linimenta, & emplaſtra,* de quibus videantur Practici.
5. *Pulveres* ex ambra, moſcho, caſtoreo, & ſimilibus, qui goſſypio excepti auribus imponuntur.

Nota. 1. acria non temerè auribus inſtillanda. 2. Topica non niſi præmiſſis univerſalibus, auribus applicanda.
3. Nihil temerè ad internam uſque cavitatem auribus inſtilletur, ne ad tympanum perveniat.
4. Nihil actu nimis frigidum, ſed potius tepidum inſtilletur.

4. BALSAMA, quæ ſunt, 1. *Nativa,* ut Balſamum de Tolu, de Mecha ſ. Balſamum verum, Peruvianum, Liquidambra, & ſtyrax liquida,
2. *artificialia,* qualia ſunt
- *Unguentaria* ſ. *inunctoria,* ut Balſamum Hiſpanicũ, Vulnerariũ, Uterinum, & ſimilia, quæ fiunt ex rad. fol. flor. Terebinth. myrrha, maſtiche, vel rebus aliis digerendis, & coquẽdis cum ol. olivarũ, vino, ſp. vini, uſq; ad liquorũ conſumptionẽ.
- *Odorifera,* quæ fiunt ex oleis deſtillatis, & mixtis cum cerâ, vel ſevo ex omentis agnorum, mannâ, medullâ vituli lotâ, vel quod commodiùs, cum oleo nucis moſchatæ expreſſo. Colores poſſunt conciliari magiſteriis plantarum ritè præparatis. Addi queunt moſchus, ambra, zibethum &c.
- *Balſama mixta,* ut Balſam. ♀, ſeu quando reſinæ in oleis certis reſolvuntur.

2. *artificialia*, qualia ſunt { myrrha, maſtiche, vel rebus aliis digerendis, & coquẽdis cum ol. olivarũ, vino, ſp. vini, usq; ad liquorũ conſumptionẽ. *Odorifera*, quæ fiunt ex oleis deſtillatis, & mixtis cum cerâ, vel ſevo, unguentis agnorum, mannâ, medullâ vituli &c. vel quod commodiùs, cum oleo nucis moſchatæ expreſſo. Colores poſſunt conciliari magiſteriis plantarum ritè præparatis. Addi queunt moſchus, ambra, zibethum &c.

Balſama mixta, ut Balſam. ♆, ſeu quando reſinæ in oleis certis reſolvuntur.

Balſama deſtillata, ut Balſamum vitæ, nervinum, antiarthriticum, ſaponis, terræ ſigillatæ. Videatur *Schröderus*.

5. BALNEA { *Naturalia*, ut thermæ. *artificialia*, & quidem Univerſalia totius corporis; particularia, ut lotiones pedum, capitis &c.

Nota: Pertinent huc *embrochæ*, i.e. ſtillationes è gutturnio in caput, nucham, abdomen, thermis, decoctis plantarum, lacte &c.

6. BOLI, qui fiunt ex electuariis, pulpis, conſervis, pulveribus, vel etiam ſuccis in conſiſtentiam minùs fluidam, deglutibilem tamen redactis pro variis uſibus, ut ℞. Conſerv roſar. ℥ß. pulv. Rhab. ʒj. cum ſir. Roſ. ſolutiv. F. Bolus.

7. CALCINATA {
1. *Vegetabilia* pro ſalibus conficiendis.
2. *Animalia*, vel tota, ut erinaceus, bufo, cuniculus, lepus, ranunculus viridis, ſerpens, talpa, meles, vulpes, accipiter, alauda, ciconia, cuculus, hirundo, motacilla, paſſer troglotites, turtur, cancri, halec; vel partes, ut oſſa, dens apri, ungula bovis, calvaria canis, caput catti nigri, C.C. alces, cochlearum teſtes, ebur, mandibula lucii, concha, mater perl. ſperma ranarũ, os ſepiæ.
3. *Mineralia*, ut calx, ☉. ☽. ♂. ♃. ♄. ♀ ☿. Huc referri queunt ☿ diaphoret. & Bezoartica. Ex quibusdam fiunt croci.

8. CATAPLASMATA parantur è rad. fol. flor. ſem. fructibus, oleis, axungiis, melle, farinis, micâ panis, & ſimilibus, vel per ſe, vel cum aqua, lacte, vino, ſuccis, aceto, & coquuntur ad mellis conſiſtentiam.

Uſus eſt externus ad dolorem ſedandum, emolliendum, repellendum, [illegible]endum, pus movendum, purgandum, vermes necandos &c.

Nota, huc referri queunt 1. Sinapiſmi ſ. Phænigmi ex caricis, ſinapi, & aliis, 2. veſicatoria ex fermento, cantharidibus, ſale & aceto.

9. CAUTERIA, quæ ferè ſine omni dolore eſcharam inducunt, & fonticulum excitant, ut ſunt

Lapis corroſivus, qui è lixivio, è quo ſapo coquitur, conficitur. Parandus autem eſt in vaſis figulinis, non æneis.

Cinis fraxini; *globuli lignei* ſp. ⊖ vel ⊕ phil. imbuti, & impoſiti. Uſus eſt ſeroſum humorem evacuare, ac revellere.

10. CEREVISIÆ MEDICATÆ, quæ infunduntur, vel fermentantur cum vegetabilibus alterantibus, corroborantibus, vel purgantibus.

Nota: Cerevifia recens ſummè calens cum plantis infundenda; ſic enim virtus meliùs extrahitur.

11. CLYSTERES, κλυστῆρες, κλυσμοὶ, ἐνέματα injiciuntur.

in inteſtina è mulſa, vino generoſo, oleo, oleo rutaceo, nucum, urinâ, lixivio leni, ſanguine brutorum calente, lacte, ſuccis & decoctis plantarum alterantium, emollientium, purgantium, dolorem lenientium, flatus diſcutientium, conſolidantium, vel rerum nutrientium. Quantitas communiter eſt ad ℔j. præter additamenta, ut olea, caſſiam pro clyſter. &c.

in uterum, quæ vocantur μητρέγχυτα, & fiunt ex decoctis, aquis deſtillatis, oleis &c. ad varios uſus.

in penem, & *veſicam* ob ulcera, dolorem à calculo &c.

12. CONDITA. *Conditum* ſumitur *latè* { 1. pro ſimplici medicamento ſaccharo, vel melle condito. 2. pro compoſito è conſervis, pulveribus, ſpeciebus aromaticis cum ſirupo in electuarii formam (redactis.
ſtrictè pro medicamentis, quæ ferè integra ſaccharo, vel melle condiuntur; & de iis hîc agitur.

Res condiendæ ſunt radices, cortices, caules, fructus, nuces, flores, aromata. *Liquor condiens* eſt ſaccharum clarificatum, vel ſirupiſatum.
Modus: Quæ dura ſunt, prius aquâ ſunt maceranda, vel ad decentem mollitiem coquenda.
Nota. *Aqua*, quâ res condiendæ infunduntur, vel coquuntur, non rejicienda, ſed cum ſaccharo ſimul inſpiſſanda.
Fructus molliores, ut ceraſa, ribes &c. non coquendi, ſed ſaccharo clarificato infundendi, ſaccharum aliquoties ſeparandum, & denuò inſpiſſandum.
Res duriores poſſunt ſtatim cum ſaccharo ad juſtam conſiſtentiam coqui.

13. CONFECTA SACCHARATA ſunt res ſiccæ ſaccharo obductæ. *Materia* ſunt fructus, rad. ſem. aromata, flor. &c. *Medium* eſt ſaccharũ.
Modus 1. Radices, cortices, & aliæ res duræ coquendæ, leviter exſiccandæ, & tùm ſaccharo ſoluto, & iterum inſpiſſato incruſtandæ.
2. Interdum res præparatæ amylo obducuntur, & tum demum ſaccharo obducuntur.
3. Interdum aromata pulveriſantur, miſcentur cum ſaccharo, & tragacantha ſ.a. & exinde fiunt figuræ variæ.
Nota. 1. *Aqua*, cum quâ coctio facta, ſimul cum ſaccharo inſpiſſanda.
2. *Semina aniſi* cum infuſo purgantium infundenda, exſiccanda, & ſaccharo obducenda.

14. CONSERVÆ dicuntur a conſervando. Materiam præbent flores, rarò folia, & rad. rariùs fructus. *Medium* eſt ſaccharum, vel mel.
Modus. Res inciduntur, contunduntur, & cum duplâ portione ſacchari miſcentur. *Uſus* eſt, ut res conſerventur, & gratus ſit ſapor.
Nota. 1. Res nimis humidæ leviter prius in umbrâ exſiccandæ.
2. Res ſiccæ prius pulveriſatæ, & tum cum ſacch. ſirupiſato miſcendæ. 3. Poſſunt etiam ſp. ⊕, ⊖ miſceri.

15. CROCI ſunt ſubtiles pulveres, vel tincturæ in pulveris formam redactæ, crocei coloris, ut
Crocus ♂ aperiens è limatura ♂ cum 🜍 calcinatâ, vel è ⊕ ♂tis, qui optimus; *aſtringens*, qui ſola reverberatione paratur.
Crocus metallorum, qui fit ex ♁ ⊕ & ♀ ſimul fuſis, & in ▽ calentem effuſis: inſtillatur tandem 🜄 & crocus optimus ad fundum præcipitabitur.
Huc referri poteſt 🜍 auratum ♂ ex ſcoriis ♁ parandum, crocus ☉ ☿. hæmatitis, magnetis &c. calcinatione parandus.

16. DECOCTA [illegible] ſunt medicamenta potulenta ex plantis earumque partibus elixatione in liquore conveniente parata.
Materia ſunt 1. *mineralia*, terræ, metalla calcinata, ☿. ♂. 🜍. *Animalium partes*, carnes, cornua, ungulæ, &c. *Vegetabilia*.
Modus conſiſtit 1. in *præparatione*, ut incidendo, raſpando, pulveriſando; 2. *decoctione* cum ▽ ſ. vel deſtill. vino, aceto, mulſa &c. 3. *clarificatione*.
Uſus eſt alterare, incidere, aperire, digerere, purgare, ſudorẽ, urinam, menſes, vel hæmorrhoides movere ac promovere, roborare &c.
Nota. Decocta, quum facile corrumpantur, non in copiâ paranda. Fiunt commodiùs ex exſiccatis, quam rebus viridibus.

17. DENTIFRICIA ſunt medicamenta ad dealbandos, extergendos, & ſtabiliendos dentes, gingivasque roborandas parata. (emundandas.
Materia ſunt 1. *Liquores*, ut aq. prunellæ, ſalviæ, fol. quercus cum alumine uſto, camph. melle roſato, ſucco moror. ſp. ⊕ ad gingivas
2. *Linimenta*, ut quando pulv. [illegible] melle ſ. vel roſato excipiuntur. [illegible]
3. *Pulveres* [illegible]
4. *Pulveres* vel *penicilli* e farina laterum, C.C. uſto, oſſe ſepiæ, pumice, corall. cùm trag. *Uſus* eſt dentes emundare.

18. ECLEGMATA, eclecta [illegible] delanthendo, item lohoh, linctus, & lambilia dicta, inter electuaria & ſirupos me-

17. DENTIFRICIA sunt medicamenta ad dealbandos, extergendos, & ſtabiliendos dentes, gingivasque roborandas parata. (emundandas.

Materia ſunt 1. *Liquores*, ut aq. prunellæ, ſalviæ, fol. quercus cum alumine uſto, camph. melle roſato, ſucco moror. ſp. ⊕ ad gingivas
2. *Linimenta*, ut quando pulv. ireos, pumicis, aluminis uſti, lapid. ♋ coralliorũ melle ſ. vel roſato excipiuntur. *Uſus* eſt in gingivis
3. *Pulveres* è ſilicibus calcin. marmore calc. C.C. calc. pumice, ♀ maſtiche &c. *Uſus* eſt dentes emundare. (contabeſcentibus.
4. *Trochiſci* vel *penicilli* è farina laterum, C.C. uſto, oſſe ſepiæ, pumice, corall. cum trag *Uſus* eſt dentes emundare.

18. ECLEGMATA, eclecta, ἀπὸ τοῦ ἐκλείχειν à delambendo, item lohoh, linctus, & lambilia dicta, inter electuaria & ſirupos mediam habent conſiſtentiam.

Materiam præbent conſervæ, ſucci inſpiſſati, & non inſpiſſati, mel, ſaccharum, extracta, mucilagines, ſirupi, Julepi, oxymel; olea deſtillata, tragac. pulveres, aromata, gummi Arabicum, fructus, & ſimilia.

Modus parandi: Pulveres, ſucci, tragacanthum, & ſimilia cum melle, ſirupis, aut conſervis pilo ligneo exactè miſcentur, donec mellis liquidioris conſiſtentiam nacta fuerint. Olea poſſunt in fine addi.

Nota: Decocta, ac ſucci cum ſaccharo coqui, ac in formam eclegmatis quoque redigi queunt. (caſſiâ pro clyſteribus.

Uſualia ſunt, Eclegma de ſcyllâ comp. de caulibus, farfarâ, papav. paſſulat. de pino, portulacâ, pulmone vulpis, ſanum, & expertum de

Uſus eſt præcipuè in affectibus pulmonum, & arteriæ aſperæ, aſthmate, raucedine, tuſſi &c.

19. ELECTUARIA q. ἐκλεικτὰ ſ. ἐκλεικτὸς lingendo ſumenda propriè ſunt medicamenta, quæ melle ſirupové excepta ad conſiſtentiam ſirupo craſſiorem, & minùs fluidam, adhuc tamen liquidam rediguntur. (deſtillata.

Materiam præbent pulveres varii, aromata, conſervæ, condita, ſucci medicati, ſirupi, mel, manna. Adduntur etiam ſp. ⊕. ⊖. & olea

Modus parandi eſt: Pulveres, & ſpecies miſcentur cum melle deſpumato, vel ſirupo ad juſtam conſiſtentiam. Vel miſce ſpecies cum

Uſus eſt ad purgandum, alterandum, aperiendum, corroborandum, & alios ſcopos. (conſervis & ſirupis.

Uſualia præcipua ſunt, Diacorum, Alkermes, de Allio, Anacardinum, de croco, Diacodium, de baccis lauri, Mithridatium, Theriaca, Nucum, Requies Nicolai, de ovo, Philonium, Reſumptivum &c.

20. ELIXIRIA, dicuntur ab Arabicâ voce Elecſchir, ſ. Elieſchir, ſ. Aleſchir, i.e. eſſentia arte extracta.

Sunt liquores ſpirituoſi compoſiti cum variarum rerum eſſentiis, vel extractis.

Modus parandi: Species pulveriſantur, cum ſp. vini vel alio menſtruo conveniente humectantur, additur ſp. ♃ vel alius conveniens, & demum affunditur ſp. vini ad eminentiam ℥. vel 4. digitorum.

Uſitata ſunt Elixir Camphoræ, Citri, cryſtalli, Epilepticum Crollii, Cratonis, Juniperinum, Lazuli, Ludi, Mumiæ, Nephriticum, Peſtilentiale Crollii, Proprietatis Paracelſi, Panchymagogon, Uterinum, Vitæ Quercetani. Videatur *Schröderus* in

Uſus pro diverſis ingredientibus eſt diverſus. Pleraque ſunt polychreſta. (Pharmacopæâ.

Google

21. EMPLASTRA, ἀπὸ τοῦ ἐμπλάττειν à fingendo, & illinendo vocantur, quòd in linteo, vel alutâ extendi queant.
Materia ſunt cera, reſinæ, terebinthina, olea, ſucci, & pulveres radicum, foliorum, ac florum vulnerariorum, aſtringentium, ac ſimilium. Adduntur etiam gummata, mucilagines, mel, & mineralia.
Modus parandi. Liquabilia funduntur ad ignem, & maſſæ nonnihil refrigeratæ pulveres ſenſim miſcentur.
Nota. Minium, ceruſſa, lithargyrium ſi admiſcenda ſunt, prius in oleo ſolvantur. Gummi ammoniacum ſolvatur in aceto, colatura deinde tam diu coquenda, donec liquor conſumptus fuerit.
Uſus ratione ingredientium eſt varius.
Uſualia, & communia Emplaſtra ſunt Album coctum, Arthriticum, è lapide calaminari, Cephalicum, Ceroneum, de ceruſſâ, diachylon ſ. & compoſ. citrinum, de cruſtâ panis, diaphoreticum, ad fonticulos, ad oſſium fracturas, griſeum, ad hydropem de baccis lauri, maſtichinum, de meliloto, de minio, Nervinum, Oppodeldoch, Oxycroceum, Spleneticum, Stiēticum, Stomachicum, ad tophos, Veſicatorium &c.
Pertinent huc 1. *Cerota,* quæ habent eadem ingredientia, ſunt ſaltem paulò mitiora.
2. *Dropax* ſeu Picatio: eſt medicamentem in formâ emplaſtri, quod interdum etiam habet formam malagmatis.
Simplex fit ex Pice, & oleo; *compoſitis* additur piper, caſtoreum, pyrethrum, bitumen, galbanum, ♆. ⊕. ⊖ ſarmentorum, &c.
Uſus eſt in membris extenuatis, & reſolutis. Applicatur, & ſæpiùs revellitur, donec cutis rubeſcat, intumeſcat, & ita nutrimentum attrahatur.
22. EMULSIONES ita dicuntur, quod lacti ſint ſimiles, & quaſi emulgendo parentur.
Materiam præbent 1. *Liquor,* ut aqua fontana, aquæ deſtillatæ, decoctum hordei, glycyrrhizæ, paſſularum, hordei &c.
2. *Semina,* & nuclei, ut amygdalæ, pineæ, piſtacia, nuclei Perſicorum, ceraſorum, ſemina 4. frigida, maj. & min. cardui Mariæ, carduibenedicti, cannabis, violarum, napi, aquilegiæ, citri &c.
Modus parandi eſt: Lacteſcentia excorticantur, teruntur, & cum liquoris parte ſextuplâ, vel octuplâ per linteum exprimuntur. Additur ſaccharum, vel manus Chriſti perlatæ, vel Julapium roſarum, violarum &c. item conſervæ, electuaria liquida, confect. alkerm. magiſt. perl. corall. &c.
Uſus eſt alterare, ſitim extinguere, ſudorem movere, & expellere, ſomnum conciliare, etiam purgare, ſi ſemina purgantium addantur. *Exterius* etiam in dolore leniendo locum habent.

23. EPITHEMATA, quorum ſunt
- *materia,* aquæ ſtillatitiæ, ſucci, decocta, emulſiones, & ſimilia, vel ſola, vel mixta cum pulveribus, ſpeciebus, electuariis, ſpiritibus &c.
- *medium* ſunt, quo applicantur, ſpongia, pannus, linteum, ſtupa, &c.
- *Locus,* qui eſt regio cordis, hepatis, lienis, uteri, renum, pulſus, tempora, frons, vertex, plantæ pedum.
- *Uſus,* qui eſt refrigerare, calefacere, attenuare, reſolvere, dolorem lenire, ſomnum inducere, roborare &c.

24. ERRHINA, quæ ſunt medicamenta naribus applicanda, & quidem 1. humida, & liquida; 2. ſicca, & arida.
Materia, ſunt ſucci, aquæ deſt. vinum, oleum, mel, decocta, pulveres, balſama, turundæ, radices, vel caules betæ, cyclaminis, item folia plantarum &c.
Uſus eſt 1. ut ſternutatio excitetur, 2. meatus reſerentur, 3. cerebrum allevietur, 4. ſanguis ſiſtatur, 5. excreſcentiæ ablumantur, 6. exulcerationes ſanentur.
Liquor, ſeu menſtruum, quô fit extractio, ut ſunt S. V. Juniperi, mellis, Terebinthinæ, vinum, hydromel, ſerum lactis, roris majalis, acetum deſtill. aquæ deſt. S. V. ♀ ſatus, Arcanum ♀, liquor Alcaheſt, ſp. minerales.

24. ERRHINA, quæ ſunt medicamenta naribus applicanda, & quidem 1. humida, & liquida; 2. ſicca, & arida. (lia plantarum &c.
Materia, ſunt ſucci, aquæ deſt. vinum, oleum, mel, decocta, pulveres, balſama, turundæ, radices, vel caules betæ, cyclaminis, item fo-
Uſus eſt 1. ut ſternutatio excitetur. 2. meatus reſerentur. 3. cerebrum allevietur. 4. ſanguis ſiſtatur. 5. excreſcentiæ abſumantur.
6. exulcerationes ſanentur.

25. EXTRACTA, de quibus notanda
- *Liquor*, ſeu menſtruum, quô fit extractio, ut ſunt S.V. Juniperi, mellis, Terebinthinæ, vinum, hydromel, ſerum lactis, ros majalis, acetum deſtill. aquæ deſt. S.V. ♀ fatus, Arcanum ♀, liquor Alcaheſt, ſp. minerales.
- *Materia* extrahenda ſunt mineralia, vegetabilia, animalium partes, marina.
- *Modus*: Materia extrahenda contunditur, infunditur, digeritur, partim filtratur, partim inſpiſſatur.
- *Differentiæ*: alia ſunt *liquida*, ad quæ pertinent Elixiria, eſſentiæ, Tincturæ; alia *inſpiſſata*, imprimis purgantia.
- *Uſus* ratione ingredientium eſt varius.

26. FARINÆ, ſunt amyli, Kraffmehl avenæ, fabarum, fænugræci, glandium, hordei &c. *Uſus* eſt ad Cataplaſm. emplaſtra &c.
27. FECULÆ fiunt ex quibuſdam radicibus viridibus, ut ari, bryoniæ, iridis, Pœoniæ, ſerpentariæ &c. rarò è foliis. (fecula.
Modus parandi eſt: Radix lota, & contuſa cum aquâ miſcetur, exprimitur; in liquore expreſſo quod ſubſidet, exſiccatur, & vocatur
Nota: Hæc præparatio non videtur magni momenti. Radices per ſe exſiccatas & pulveriſatas meliorum judicamus virium.
28. FLORES ſunt partes ſubtiliores à craſſioribus per ſublimationem ſeparatæ, ut flor. ☿. Cinnab. ☿. flor. arſenici, Benz. ✱. ✱. ♀. &c.
29. FOMENTA alia ſunt 1. *humida*, quæ fiunt cum aquâ calidâ, oleo, lacte, vino, decoctis plantarum, adhibentur variis partibus cum ſpongiâ, linteo, panno, & ſimilibus, ut epithemata; interdum includuntur ſacculis, veſicâ bubulâ. Fiunt etiam ex animalibus vivis diſſectis, vel eorum partibus, ut pulmonibus, omento &c. Interdum fiunt ſolo vapore aquarum, vel decoctorum.
2. *Sicca*, ut quando radices, folia, flores, ſemina, & aromata ſacculis includuntur, & imponuntur.
Uſus eſt calefacere, digerere, diſcutere, dolorem ſedare, emollire &c.
30. GARGARISMI ἀναγαργαρισμοὶ ſeu collutiones oris fiunt utplurimum ex aquis ſimplicibus, ſuccis, & decoctis, additis pro lubitu ſirupis, melle, aceto, alumine, ⊕, ſp. ⊕, lapide Prunellæ, ⊕ diali &c. (tumoribus, ulcuſculis &c.
Uſus eſt repellere, reſolvere, diſcutere, maturare, abſtergere, conſolidare &c. Locum habent in anginâ raucedine, ſiccitate oris,
31. GELATINÆ, quæ ſunt ſucci clariores inſpiſſati, vel cum ſaccharo, vel ſine ſaccharo.
Parantur 1. *cum ſaccharo* è fructibus, cydon. pomis, pyris, ribibus. 2. *ſine ſaccharo* è cornubus, & oſſibus tenuioribus cum ✱.
Uſus eſt alterare, roborare, è C. C. ſudorem movere in febribus malignis, (longa, ano immittenda.
32. GLANDES βάλανοι ſunt medicamenta ſolida figurâ oblongâ, & tereti inſtar glandis, vel candelæ cereæ, 3. vel 4. transverſos digitos
Materia pro diverſo uſu eſt varia 1. *Lenes* fiunt ex lardo, ficu, inverſâ, ſevo bubulo, caulibus betæ, braſſicæ, bliti &c.
2. *Mediocres* fiunt ex melle ad craſſitiem cocto, ſtercore muris, vitello ovi, ſale, ſapone. (turbith, colocynthis, fel tauri &c.
3. *Fortiores* fiunt ex melle, ⊖ le, hierâ cum agarico, aloë &c. 4. *Fortiſſimis* adduntur helleborus albus, euphorb. ſcammonium,
Uſus eſt 1. laxare, & vim expultricem ſtimulare. 2. ulceribus ani mederi. 3. dolorem lenire. 4. aſcarides interficere. Et hinc pro diverſo ſcopo materia eſt diverſa.

Digitized by Google

33. INFUSA, quorum 1. *Liquor* eſt aqua fontana, deſtillata, ſerum, mulſum, hydromel, vinum, ſuccus betulæ &c.
2. *Materia*, vegetabilia, & metalla ignita.
Uſus eſt alterare, digerere, laxare, purgare, aperire. Interdum additur ſacch. ſirupus, ſpir. ⊕ &c.

34. JULEBI, ſ. Julepi, Zualapia, ab Arabica voce Sialaba, medicari. In Perſiâ aquâ roſarum vocatur gûlab, teſte Oleario, forſan exinde (Juleb.
Parantur ex liquore potulento, in quo ſirupi ſaccharumvé diſſolvuntur. Interdum adduntur ſucci, ſpir. & ſimilia.
Proportio liquoris debet eſſe ad ℔j. ſirupi ℥ij. vel iij. Vocantur etiam *Moreti*, à moris ingredientibus.

35. LAPIDES FACTITII ſunt 1. *vegetabilis* è ſalibus plantarum, additis tincturis, ſpiritibus, & oleis propriis.
2. *corroſivus*, qui fit è lixivio, è quo ſapo præparatur. *Uſus* eſt ad fonticulos excitandos.
3. *medicamentoſus*, ſeu *ſalutis Crollii*, qui fit è ⊕, alum. felle vitri, ⊖ communi, ♀ri, abſinthii, & ſimilibus.
4. *lapis ſeu magnes arſenicalis* ad periapta in peſte. Vide *Schröderum in Pharmacop.* (eſt in phthiſi.

36. LEUCOPHAGUM fit ex amygdalis in aq. roſarum maceratis, carne caponis, vel perdicis elixa contuſa, & per ſetaceum trajecta. *Uſus*

37. LIQUORES, qui fiunt per deliquium è ſalibus & aliis calcinatis, ut ex ✱, arſenico, corall. cryſtall. ♉. Lap. Judaico, Ludo, lap. ☋. &c.
item è myrrhâ & ſaccharo cum raphano, vel ovo ad duritiem cocto, cui, vitello exempto res induntur.

38. LINIMENTA χρίσματα, ἀλείμματα, quæ ſunt medicamenta liquida, oleo craſſiora, unguento verò liquidiora, & conſtant ex oleis, butyro, pinguedinibus, ſevo, medullis, lacrymis arborum, ſuccis &c. Cera malè additur, quùm poros obſtruat.
Uſus eſt externus in dolore leniendo, emolliendo, & ſimilibus ſcopis.

39. LIXIVIA fiunt maximopere è cineribus, & ſalibus, pro lotione capitis, & aliis ſcopis.

40. MASTICATORIA à maſticando dicta, fiunt 1. *è ſimplicibus*, maſtiche, pyrethro, uvis paſſis, cubebis, fol. ſalviæ &c.
2. *è contuſis*, & ſacculo incluſis. 3. *è maſſa compoſitâ* è cerâ, maſtiche, ficubus, melle &c.
Uſus in dolore dentium, oris fœtore, vel ſero extrahendo. (placentas indurari.

41. MORSULI, MORSELLI ex omnibus medicamentorum generibus fieri queunt, quæ non reſpuunt cum ſaccharo ſoluto miſceri, & in
Modus parandi eſt: ℞. ſacchari q. v. ſolve in liquore ſupra ignem, coque ad conſiſtentiam decentem, ſenſim immiſce pulveres, agita, effunde ſupra marmor, ut refrigeretur, & induretur. *Uſus* ſunt purgare, roborare, alterare.

42. MULSA, MEDO, paratur ex aqua, melle, & aromatibus coctione, & fermentatione.
Melicratum ſubitò paratur ex aqua, & melle ad præſentem uſum. οἰνόμελι eſt, quando vinum cum melle miſcetur, oxymel, ubi ace- (tum additur.
Uſus eſt digerere, expectorare, laxare, purgare &c.

43. OBLATÆ LAXATIVÆ, & PURG. fiunt ex farinâ cum ſaccharo, & ſpeciebus purgantibus. Pertinent huc *bolippa* purgantes, & *panis mellitus* purgans.

44. OLEA ſunt 1. *deſtillata* per *veſicam*, ex ſeminibus, arom. &c. per *Retortam*, è reſinis, cornubus &c, (ſimilibus.
2. *expreſſa* è ſeminibus. 3. *infuſa*, & cocta cum ol. olivarum &c.

45. OXYRRHODINA ſunt epithemata fronti applicanda ex oleo roſaceo, violaceo, nymph. & aceto, vel aquis deſtill. camphorâ, & [illegible] purgantia.
Uſus eſt refrigerare, repellere, &c.

[illegible] portione ſacchari. Interdum adduntur aromata & ſimilia.

... fiunt ex farina cum ſaccharo, & ſpeciebus purgantibus. Pertinent huc *boliſpa* purgantes, & *panis mellitus* purgans.

44. OLEA ſunt 1. *deſtillata* per *veſicam*, ex ſeminibus, arom. &c. per *Retortam*, è reſinis, cornubus &c. 2. *expreſſa* è ſeminibus. 3. *infuſa*, & cocta cum ol. olivarum &c.

45. OXYRRHODINA ſunt epithemata fronti applicanda ex oleo roſaceo, violaceo, nymph. & aceto, vel aquis deſtill. camphorâ, & (ſimilibus.
Uſus eſt refrigerare, repellere, &c. (etiam purgantia.

46. PANIS MARTIUS fit ex amygdal. dulcibus excorticatis cum duplâ portione ſacchari. Interdum adduntur aromata, & res aliæ,

47. PASSULÆ PURGANTES infunduntur cum infuſis purgantium, leniter coquuntur ad juſtam conſiſtentiam.

48. PESSARIA ſunt medicamenta utero indenda, fiuntque è goſſypio, vel lanâ concerptâ, melle, adipe ſtyrace, galbano, herbis viridibus, & ſimilibus, formanturque figurâ oblongâ, & rotundâ, imbuunturque certis liquoribus, & oleis, admiſcentur pulveres, & ſucci.
Quantitas plerunque eſt ℥j. alligatur filum, ut retrahi queant. *Naſcalia* præparantur ex iiſdem, ſolummodo goſſypio excepta orificio uteri in virginibus applicantur.
Uſus eſt in menſium obſtructione, ſuffocatione uteri, ulceribus, & ſimilibus malis.

49. PHÆNIGMI φοινιγμοὶ ſ. ſinapiſmi ſunt Cataplaſmata, aut emplaſtra, quæ cutim rubefaciunt, ut mitiora; & fortiora, quæ veſicas excitant. *Sinapiſmi* vocantur, quùm plerunque ſinapi recipiant: Sinapi miſcetur cum ficubus [poteſt addi pyrethrum] & applicatur. Veſicas excitantia vocantur *veſicatoria*, & fiunt è cantharidibus, fermento, ſale, & aceto.
Uſus eſt revellere, vel humorem latentem evocare.

50. PILULÆ fiunt ex ſuccis inſpiſſatis, extractis, reſinis, & mucilaginibus, additis pulveribus variis.
Uſus plerunque eſt purgare.

51. POTIONES ſunt liquores, in quibus res aliæ diſſolvuntur, vel pro alteratione, vel pro purgatione.
Liquores ſunt decocta, aquæ deſtillatæ, infuſa: *Res diſſolvendæ* ſirupi, electuaria, extracta, manna, pulveres &c.

52. PRÆCIPITATA ſunt 1. *in genere* omnia ſoluta, & iterum præcipitata, ut perlæ, corallia &c. 2. *in ſpecie* ☿ alia ſoluta, & præcipitata, qualia ſunt turpethum minerale, ☿ præcipitatus Bezoarticus, purgans, item Bez. ☉. ♃. ♂. &c.

53. POMA AMBRÆ fiunt ex odoratis, pulveribus, qui cerâ, ſtyrace liquidâ, balſamo Indico, tragacanthâ cum tantillo terebinthinæ excipiuntur, & in globulos formantur. *Uſus* eſt pro grato odore conciliando.

54. PRÆPARATA nihil aliud ſunt, quam ſimplicia nonnulla duriuſcula in tenuiſſimum pulverem beneficio aquæ cordialis redactæ. Talia ſunt terræ, lapides, perlæ, corallia, ungulæ, cornua, crania, ovum ſtruthii, & ſimilia.

55. PULVERES fiunt triturâ, & lævigatione, interdum antecedit exſiccatio, & contuſio.
Differentia: Sunt ſimplices, & compoſiti varii. *Pertinent* hûc *ſpecies*, quæ ſunt pulveres in ſuo genere compoſiti, ut ſpecies diamargariton frigidæ, Nicolai, Diamoſchu, diapenidion &c.
Uſus eſt alterare, purgare, ſudorem movere, & omnibus aliis ſcopis inſervire.

55. ROTULÆ ſunt ex ſaccharo inſpiſſato, ſuccis, tragacantho, variisque pulveribus, additis interdum oleis, & variis coloribus.

56. REGULI ſiunt ex ♂. Primò autem ⊖ ac ♀ fluant in crucibulo, injiciatur ♂ pulveriſatum, & fluant igne fortiſſimo, effundatur maſſa in calicem fuſorium æneum ſevo illitum, agitetur nonnihil, & regulus in formâ metalli fundum petet. Alius Regulus eſt ſimplex, alius ☉. ♂. ♃. &c.

57. SACCULI: de his fuit actum in fomentis.

58. SALIA PRÆPARATA ſunt ſimplicia, & compoſita, fiunt ex vegetabilibus, mineralibus, animalibus, & vel *fixa* ex vegetabilium cineribus extrahenda; vel *volatilia* è C. C. craniis, viperis, ſerpentibus, lumbricis &c.

59. SAPO ODORATUS, ſeu ſmegma odoratum conſtat potiſſimum ex ſapone veneto, additis pulveribus, & aquis odoratis, item moſcho, ambrâ, & oleis.

60. SAPONEA eſt medicamentum à ſaponis albi ſed nondum concreti ſimilitudine ſic dictum, fit ex amygdalis excorticatis, contuſis, & ſaccharo in aq. conveniente ſoluto; coquitur ad mellis conſiſtentiam, in fine additur amylum, cinam. &c.

61. SIRUPI, ſ. ſerapii dicuntur ab Arabicâ voce Sharebâ i. e. ſorbere, ſignificatque liquorem ſorbilem. Scribenda autem hæc vox per i, non per y, quo Arabes carent.

Parantur e decoctis, infuſis, & ſuccis cum ſaccharo, vel melle ad mellis conſiſtentiam pro uſibus variis.

62. SPIRITUS ſunt medicamenta ſubtiliora, & quodammodo aërea,

Parantur
- *ex vegetabilibus*, radicibus, foliis, floribus, ſeminibus, fructibus, & aromatibus fermentatione, vel addito vino.
- *ex mineralibus*, ut è ⊕. ⊕. ⊖. ♀. ♉. ○. modò ſimplicibus, modò compoſitis.
- *ex animalium partibus*, ut è C.C. alces, craniis, ungulis, lumbricis, formicis &c.

63. SUCCI fiunt ex vegetabilibus, rarò ex animalibus. Vegetabilia eligenda ſunt ſucculenta, non oleoſa. *Fructus* imprimis huic rei inſerviunt, coquuntur, exprimitur ſuccus, qui nonnihil inſpiſſandus. Tales ſucci ſunt berberum, cydoniorum, ceraſorum, baccarum Juniperi, abſinthii &c.

64. SUBLIMATA, ſunt, quæ in formâ ſiccâ in alembicum elevantur, ut ☿ tus, Flores ♂. ♀.

65. SUFFITUS θυμιάματα, parantur ex odoratis conciſis, vel in pulverem redactis, & in carbones vivos injectis. Interdum ejusmodi pulveres, ut maſtiche, thus, aſa dulcis, ſtyrax, fl. ſpicæ, & ſimilia odorata miſcentur cum liquore conveniente, ut aquâ odoratâ, [illegible]tho, Balſamo Peruviano, & exinde formantur tro[illegible], vel additur farina carbonum tiliæ, & fiunt exinde pyramides, ſive candelæ pro fumo Räucherkerʒlein.

Uſus eſt ad corr[illegible] c[illegible], catarrhos ſiſtendos, ad [illegible] pulmonum exſiccanda, item pro utero ad [illegible] ciendos, ſiſtendos, pro [illegible] & ejus ſuffocationem.

66. SULPHURA, ut ♀ auratum ♂, item ex regulo, & zinnabari ♂. ⊕. item ⊕. ♂. ♀. &c.

67. TESTUDINATUM fit ex amygdal. excort. pineis, piſtac. carne teſtudinum ſaccharo, amylo & cinam. formantur exinde placentæ, & in furno coquuntur. *Uſus* eſt in phthiſi, & hecticâ.

68. TINCTURÆ ſunt 1. *liquidæ*, extractæ cum ſp. V. ſeu alio menſtruo è *fructibus*, ut baccis Juniperi, ceraſis &c. è vini ♀. è *floribus* violar. roſar. rubr. pæoniæ, croci &c. *mineralibus*, ☉. ☽. ♀. ♂. ♃. ⊕. ♀. lapidibus. item *felle animalium*.

67. TESTUDINATUM fit ex amygdal. excort. pineis, piſtac. carne teſtudinum ſaccharo, amylo & cinam. formantur exinde placentæ, & in furno coquuntur. *Uſus* eſt in phthiſi, & hecticâ.

68. TINCTURÆ ſunt 1. *liquidæ*, extractæ cum ſp. V. ſeu alio menſtruo *è fructibus*, ut baccis Juniperi, ceraſis &c. è vini ♀. *è floribus* violar. roſar. rubr. pœoniæ, croci &c. *mineralibus*, ☉. ☽. ♀. ♂. ♄ ⊕. ♁. lapidibus. item *felle animalium*.

2. *ſolidæ*, quando menſtruum abſtrahitur, & tinctura ſicca remanet.

69. TRAGEÆ forſan ἀπὸ τῶν τραγημάτων bellariis, & menſis ſecundis dictæ, ſunt pulveres craſſiuſculi ex aromatibus, & ſaccharatis. Germanicè vocantur Pfaffenfutter. Ut ℞. cubebar. ʒiſ. cardamom. cinam. ā. ℈ij. nuc. moſcat. ʒj. caryophyll. ʒſ. macis, galangæ ā. ℈ſ. confect. coriandri, aniſi, fœnic. ā. ʒſ. rotular. diamoſchi dulc. ℥j. M. F. Tragéa Cephalica.

70. TROCHISCI, qui fiunt ex omnis generis medicamentis, quæ pulveriſata liquore conveniente viſcoſo, ut tragacantho, luccis, vel ſirupis, miſceri, ac impaſtari queunt.

Uſus eſt, ut vel per ſe in uſum trahantur, ut trochiſci ſublinguales, item pro fumo &c.

vel ut pulveres ita compacti meliùs ab aëris injuriâ tueantur, ut ſunt trochiſci de agarico, alhandal, de Rhab.

71. VINA MEDICATA parantur vel ex muſto, vel ex vino defecato, & adduntur rad. fol. flores &c.

72. VITRA fiunt ex ♂, ut vitrum ♂ hyacynthinum, rubeum, album, ☉lare, ex Regulo, ☿ vitæ.

73. UNGUENTA, & LINIMENTA interdum indifferenter ſumuntur, & confunduntur; Unguenta tamen craſſiorem habent conſiſtentiam, linimenta liquidiorem.

Materia, ex quâ parantur, ſunt olea, butyrum, adeps, ſevum, medullæ, reſinæ, mucilagines, ſucci, & res aliæ, quæ aptæ ſunt, ut cum iis commodè miſceri, vel colliquari queant. Ad olei ℥j. pinguedinis fere ſumitur ʒiij. vel ʒſ.

Uſitatoria ſunt, Unguentum Ægyptiacum, Alabaſtrinum, Album, Camphoratum, Althææ, Podagricum *Crollii*, de ceruſâ, Citrinum, Cordiale, de glycyrrhyzâ, ad hæmorrhoides, Mercuriale, de minio camphoratum, Nervinum, Nihili ad oculos, Pectorale, pediculorum, Pomatum, populeum, potabile, reſumptivum, Roſatum, ad ſcabiem, ſpleneticum, ad vermes, viride potabile &c. Uſus ſunt emollire, dolorem lenire, & multa alia pro medici ſcopo præſtare.

FINIS.

DEO SOLI GLORIA.

A01 1h60925

Aç 1 1460 925

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

F.16.

Digitized by Google